DIEM NATALEM

REGIS POTENTISSIMI ET CLEMENTISSIMI

FRIDERICI GUILELMI III.

DIE III. AUG. Hor. XI.

ORATIONE ET RENUNCIATIONE VICTORUM IN CERTAMINIBUS LITTERARIIS SOLENNI

CELEBRANDUM INDICIT

UNIVERSITAS LITTERARUM VRATISLAVIENSIS.

Fr. Passow

PRAEMISSA SUNT MELETEMATA CRITICA IN AESCHYLI PERSAS.

1818

VRATISLAVIAE MDCCCXVIII.

MELETEMATA CRITICA

IN

AESCHYLI PERSAS.

Tragoediarum Graecarum quotquot benignior quaedam fortuna superstites esse voluit nulla nec saepius virorum sagacissimorum judicia exercuit, nec magis in diversum egit sententias, quam *Persae Aeschylea*, fabula, si verborum sensuumque magnificentiam, si os grandia sonaturum, Cothurno unice dignum, si sublime erectumque poëtae ingenium spectes, nulli nec antiquitatis, nec recentioris aevi secunda, si novitatem consilii felicemque in argumento et eligendo et percolendo audaciam, omnibus quas novimus facile anteponenda. Quamvis ipsius hujus praestantiae insolentia in causis exstiterit, cur dissensus de vera Tragoediae nostrae natura et indole etiamnum gliscens tam parum sit compositus, ut sententiam aliquatenus certe novam depromere supervacaneum esse haud videatur.

Ac de tempore quidem, quo *Aeschylus* docuerit *Persas*, ne ulla superesset dubitatio, vetus hujus fabulae enarrator effecit: haec enim ille in summario e *Didascaliis* prodidit: *ἐπὶ Μένωνος τραγῳδῶν Αἰσχύλος ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ Ποτνιεῖ, Προμηθεῖ,* nempe *Πυρφόρῳ* Satyrica, quod, praeter *ἀποσπασμάτια* nonnulla, argumentorum quoque inter se comparatio ac postremus in recensu Promethei locus arguunt. Meno vero Archon nomen dedit anno Olymp. 76, 4. ante Christum natum 472, post Salaminiam victo-

riam octavo. Nec cunctanter addimus, *Persas* fabularum Aeschylearum quae aetatem tulerunt, tempore primam, ideoque omnium Atticae Tragoediae reliquiarum antiquissimam habendam esse. Statim ab hac disceptatione removemus *Prometheum Vinctum* et *Orestiam*. Testimonia quidem externa partim admodum sunt debilia, ac plane nihili illud, quod ex argumento utriusque *Promethei* petitur. Hinc enim omnium minime probari potest, *Vinctum* post *Igniferum* scriptum esse: de *Sophocle* jam nemo dubitat, quin priorem *Antigonae* recensionem diu ante *Oedipum Coloneum* docuerit, et *Euripidem* quoque *Tauricam Iphigeniam* ante quam *Aulidensem* emisisse ex utriusque dramatis oeconomia evinci potest, quantumvis contrarium placuerit *Aug. Boeckhio*, *Graec. Trag. Princ.* p. 223. Idem fere de fabularum suarum ordine, temporibus haud quaquam adstricto, nuper confessus est *Goethius* in libro de vita sua T. 3. p. 316. nec abhorret gemellum *Shakespearii* ingenium. At si ceteris quoque iisque solidioribus veterum testimoniis destitueremur, eximia tamen ac paene absoluta ars Tragica, quam cum in *Prometheo*, tum in *Orestia* agnovimus, firmissimo argumento foret, haec tanta subactissimi ingenii monumenta aliquanto post certamen cum *Sophocle* Ol. 77, 3. a. C. 469. parum felici successu initum edita, serioribusque *Aeschyli* temporibus assignanda esse. Conveniunt, quae de duplice Eumenidum recensione tradita sunt, et quae praeterea monuit *Boeckhius* l. l. p. 35 sq.

Restant igitur *Septem adversus Thebas* et *Supplices*, quarum mascula incomptaque pulchritudo, Gratiarum, sed rigidarum plena, diverbia rariora, carmina denique Chori et extentiora et frequentiora tam similia sunt *Persis*, eosdemque fere artis gradus designant, ut iis antiquitatis gloriam controversam reddere possint, nisi *Septem adversus Thebas Persis* juniorem facerent diserta Scholiorum verba ad *Aristoph. Ran.* 1021. 1026. nam locum Comici cum *Spanhemio* in alium sensum detorquere haud debebat *Frid. Theoph. Welckerus* ad interpr. vernac. p. 216. quum testimonium Scholiastae magna *Di-*

dascaliarum auctoritati innitatur. Ac quum a *Plutarcho*, *Aristid.* 3. p. 320. C. et *Apophth. Reg.* p. 186. B. edoceamur, τοὺς Ἕπτα superstite adhuc et praesente Aristide in scenam productos esse, nec quicquam huic narrationi fidem deroget, nonnulla vel addant, is vero ex accuratis rationibus *Dodwelli* in *Annal. Thucyd.* Ol. 79, ¾. a. C. 461. supremum diem obierit, tempora hujus fabulae intra undecim annorum spatium comprehenduntur, quod arctius definiri nequit. Quantum ad *Supplices* nihil habemus, quod aut apponamus aut detrahamus argumentis, quibus freti *Conr. Schneiderus* ac *Boekhius* l. l. p. 54. 60 sq. haud ante placatas Atheniensium et Argivorum res circa eversionem Mycenarum et bellum Messenicum tertium, Ol. 78, ¾. a. C. 465. ortum, *Supplices* doctam esse contendant. Hinc si qua est dignitas in vetustate, manebit ea *Persis*.

Sed haec sunt expeditiora: longe majorem dissensum patefecerunt judicia de fabulae nostrae fine atque consilio, deque loco, qui inter reliqua dramata Graeca ei tribuendus esset: in quibus quidnam intactum reliquerunt! Quot enim de hac re libelli, tot fere sententiae.

Primus *Spanhemius* recte attenderat ad memorabilem illam *Persas* inter et reliquas Atheniensium Tragoedias differentiam: in hac enim una uberrimos Tragicae poeseos fontes, Mythologiam Graecam, spretos, ipsum Graeciae solum, moresque et instituta patria deserta videmus: Barbari scenam occuparunt, in terram barbaram abreptis res modo gestae, quibus plurimi vel pugnantes, vel spectantes interfuerant, praeter morem a pulpito recitantur, luditque animos praesentia rerum, ubi ante hunc diem prisci aevi recordatio spectatores impleverat. *) Quum igitur id, quod sane insolitum erat, nec tolerabile vi-

*) Tragoediarum Latinarum ex historia Romana petitarum tria novimus exempla, *Brutum L. Attii*, laudatum *Varroni de ling. Lat.* 4, 14. cujus insigne fragmentum servavit

deretur *Spanhemio*, commentum quoddam *Eratosthenis*, *Persas* Hieronis causa scriptam Syracusisque doctam esse, cupide arripuerunt, quibus nuper accedere conatus est *Aug. Guil. Schlegelius*, *de arte dram.* T. 1. p. 162. qui summum poetam hac ratione excusare scilicet posse sibi visus est. At pugnant tempora, quum *Aeschylus* a *Sophocle* demum victus Syracusas concesserit; pugnant verba *Aristophanis* in *Ranis*, ubi de ingenti, quem Athenis *Persae* tulerint, applausu agitur; pugnat, quod gravissimum, Tragoedia ipsa. Quis enim unquam sibi persuadeat, in gratiam Tyranni, cujus hospitio et amicitia fruebatur poeta, conscriptum esse carmen, quo acrius vehementiusque nullum invehi posset in universam Tyranidem, ut quae frangeret populi vires, praesentesque Deorum poenas irrogaret. Tacemus de singulis locis, quae, ut omnia ad civitatem Atheniensium felicissime excogitata civilisque sapientiae plena sunt, ita vix hic illic habent, quae conditioni Syracusanorum accommodata videri queant: et ut confidentius quid dicamus, quae nos in oeconomia fabulae maxime laudamus, suspicimus, admiramur, ea in totidem vitia abibunt, simulac ἄωτον huncce ἀοιδᾶς a materna Athenarum sede aliorsum transtulerimus.

Viam plane novam instituit *C. G. Siebelisius*, qui in *Diatribe de Aeschyli Persis*, a. 1794. edita, hoc sibi demonstrandum sumpsit, voluisse *Aeschylum* hostes jam prostratos omni ludibriorum et contumeliarum genere adhibito communi Graeciae derisui propinare, ita ut non tam Tragoediam, quam Comoediam scriberet, salibus facetiisque plenam. Et profecto tantum eruditionis, tantum acuminis et ingenii impendit *Siebelisius*, ut evicisset, nisi causae omnium perditissimae patrocinatus sit; unde factum est, ut praeter *Car.*

Cic. de divinat. 1, 22, *Catonem Curiatii Materni*, de quo v. *dial. de oratoribus*. 2. et quae una pervenit ad nos, *Octaviam*, a nonnullis *Senecae*, ab aliis *Materno* temere adscriptam.

Jac. Blomfieldum, Anglum, in ed. Pers. 1814. p. XI. nullum, quantum quidem novimus, assensorem nactus sit. Singula excutere nolumus, ne injurii videamur erga meritissimum paradoxi auctorem, diu fortasse postliminii jure usum. Hoc tantum monuerimus, derisum adversarii, continua funestorum proeliorum serie victi et ad nihilum fere redacti, nec Atheniensibus satis dignum fuisse, strenuis tum divini humanique juris propugnatoribus, nec *Aeschylo*, perpetuo temperantiae, modestiae, aequabilitatis laudatori, nec scenae denique Tragicae, ultionis divinae templo intemerato. Quid? in hac potissimum fabula, quae in gravissimis insolentiae, superbiae, impietatis castigationibus ob oculos ponendis versatur, poetam insultasse aeternis legibus, ab ipso cum maxime commendatis, atque in idem, quod modo exagitaverat, vitium incidisse? Lapsum tam ridiculum vix infimae poetarum plebeculae, qualis hodie regnat in tignis, condonaveris.

Ad justam viam dudum revocavit quaestionem *Frid. Jacobsius* in *Wielandi Museo Attico*. T. 4, 1. p. XXII. cf. *Supplem. ad Sulzeri Theor.* T. 2, 2. p. 405. ita ut sublimem *Aeschyli* spiritum et ab omni γελωτοποιΐᾳ longe longeque abhorrentem non agnosceret tantum, sed agnitum egregie quoque illustraret. Quodsi omnis argumenti tractatio ei propius ad musicum illud poeseos genus accedere videtur, cui nostrates a cantando nomen indiderunt, *) nihil eo detractum voluit dignitati tragicae; nec obstat sententia *Henr. Vossii* in Annal. litter. Heidelb. 1816. Jun. p. 600. prolata, conspici in alternis Xerxis et Chori querelis, in quas desinit fabula, venam Comicam benigne affluentem, posseque inde colligi, qualis etiam in Satyricis exstiterit noster. Tyranno sane par pari rependit, spretaque omni miseratione talem eum spectatoribus ostendit, qualis fuerit. Sed homo, ciconiae sannaeque vel dignis-

---

*) Nimio applausu et ita ut Aeschylo injuriam faceret hanc comparationem excepit *Blümnerus de fato in Trag. Aeschyl.* p. 83.

simus, jam non movebit cachinnos, si sublimi loco constitutus fastu, stupore et ignavia universas gentes praecipites dederit in perniciem. Concedamus igitur *Vossio*, effusas illas viroque indignas lamentationes Xerxis risum excitare potuisse Democritis Atheniensibus, qui licet, hunc risum cum eo conferre, quem ciebat Comoedia? Hic enim fabulae exitus horroris indignationisque quam cachinnationis plenior est. Egregia tamen in eo conspicitur ars, quod Tyrannidem non invisam tantum et odiosam, sed extrema hac scena ridiculam quoque et despectam reddidit poeta.

Omnium vero accuratissime et plenissime de Tragoedia nostra egit *Godofr. Hermannus* in libello peculiari *de Aeschyli Persis* a. 1814. edito. Confirmavit novisque argumentis auxit ea, quae antehac a *Jacobsio* observata erant, ac singula recensens fabulae pristinam suam dignitatem tam strenue asseruit, ut contra surrecturo cavendum sit, ne haud satis dignoscere videatur, quantum aera distent lupinis. *) Dum igitur ea, quae ad summam disputationis spectant, omnia pro concessis haberi velimus, unum superesse videmus, quod iterum in discrimen vocare placet, non ut sententias *Jacobsii* et *Hermanni*, de quarum veritate nobis persuasissimum est, labefactare conemur, sed ut eas, in quantum quidem fieri poterit, arctioribus limitibus circumscribamus.

Tria in hac fabula condenda spectasse *Aeschylum* veri simile visum est *Hermanno*, ut bonam faceret Tragoediam, quod cum omnibus omnium temporum bonis poetis commune habebat, ut superaret *Phrynichum* aemulum, et ut Athenienses ad virtutem excitaret. Ex his tribus quum primum tantum persequutus sit *Hermannus*, de reliquis quae nostra sententia sit, paucis exponere liceat.

---

*) Unus qui post *Hermannum* in naturam Tragoediae nostrae inquisivit, *Phil. Conzius*, interp. vern. p. 111. ab iisdem partibus stat.

Aemulatio illa inter *Phrynichum*, *Polyphradmonis* filium, et *Aeschylum*, aetate multo minorem, ante Ol. 75, 4. a. C. 477. nulla fuisse videtur. Hoc vero anno, *Adimanto Archonte*, quod ei brevi ante, quum daret primam historici argumenti Tragoediam, *Mileti expugnationem*, male cesserat, v. *Herodot.* 6, 21. coll. *P. Kannegiesseri Scen. com. Athen.* p. 90. iterum et feliciori successu tentavit *Phrynichus*. Vincebat enim nova fabula, quam *Persas* seu *Phoenissas* inscripserat. In ea eandem materiem tractaverat, quam *Aeschylus* quinque annos post in nostra Tragoedia. Quod vero hanc victoriam claram et insignem faciebat, ingentes fuerunt sumptus, quibus Chorum de suo instruxerat *Themistocles*, jam tum nova consilia agitans, ad altiora tendens, auramque popularem immodice captans. De ipsa fabula, quod haud uno nomine dolemus, exiguae ad nos pervenerunt notitiae: certiora disposuit et illustravit *Guil. Schneiderus de origg. Trag. Graec.* p. 79. sq. Quum vero *Χορηγίαι* primum fere locum obtinerent inter inania ambitionis, admodum fit credibile, *Themistoclem*, hac occasione oblata, ad semet ipsum Atheniensibus commendandum arte et ingenio *Phrynichi* abusum esse, quod magnificentius fieri vix poterat, quam si virtutes ejus bellicae, Tragicae poeseos grandiloquentia auctae, de pulpito renunciabantur Urbi. Nec in eo substitit audacia *Themistoclis*: addebat enim victoriae, teste *Plut. Themist.* 5. p. 114. C. dedicationem publicam tabulae pictae, victoriam ipsam referentis, cui haec adscribenda curaverat: *Θεμιστοκλῆς Φρεάῤῥιος ἐχορήγει, Φρύνιχος ἐδίδασκεν, Ἀδειμαντος ἦρχεν.* Hoc artificio sibi ipse paraverat, quod populus Atheniensis nunquam dedisset, in honoribus publicis concedendis tunc parcissimus. Ita paullo ante *Miltiades*, quum pugna Marathonia in Poecile depingeretur, rogaretque, ut imagini nomen quoque suum apponeretur, non impetravit: praemio satis magno donatus videbatur liberator patriae, si inter decem imperatores primus, militesque exhortans pingebatur. v. *Aeschin. contra Ctesiph.* 62, 7. *Reiske. Corn. Nep. Milt.* 6. *Plin. hist. nat.* 35, 34. Et *Cimoni* quidem post res in Thracia praeclare gestas ut lapides inscripti ponerentur,

indulsit populus, sed celato ducis nomine. *Plut. Cim.* 7. p. 482. E. Nec aliter senserunt Lacedaemonii, quum exsculperent epigramma, a *Pausania* in tripode, Delphico Apollini e manubiis Medicis dicato, post pugnam ad Plataeas jactantius scriptum, et aliud in ejus locum sufficerent ut par erat sine ipsius nomine, de qua re videndi sunt Interpp. *Thucyd.* 1, 132. *Plutarch. de malign. Herod.* p. 873. C. et *Jacobs. ad Anthol. Palat.* p. 168. 927. nec aliter Thebani, qui, quum Meneclides Charonti rogaret honorem nominis, picturae, quae pugnam contra Gerandam Lacedaemonium referebat, publice addendi, non recusabant tantum petitionem, institutis patriis adversantem, sed Meneclidem quoque pecunia mulctabant, teste *Plut. Pelopid.* p. 291. C. Et jure haec: *οὐδ' ἐστὶν οὐδεὶς, ὅστις ἂν εἴποι τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν Θεμιστοκλέους, ἀλλ' Ἀθηναίων, οὐδὲ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην Μιλτιάδου, ἀλλὰ τῆς πόλεως*: verba sunt *Demosthenis contra Aristocrat.* p. 687, 17. *Reiske.* ubi subjunguntur haec: *νῦν δὲ πολλοὶ τοῦτο λέγουσι, ὡς Κέρκυραν εἷλε Τιμόθεος, καὶ τὴν Μόραν κατέκοψεν Ἰφικράτης, καὶ τὴν περὶ Νάξον ναυμαχίαν ἐνίκα Χαβρίας· δοκεῖτε γὰρ αὐτοὶ τῶν ἔργων τούτων παραχωρεῖν τῶν τιμῶν ταῖς ὑπερβολαῖς, ἃς δεδώκατε ἐπ' αὐτοῖς ἑκάστῳ τούτων.*

Id igitur quod legitime se adipisci non posse probe intelligebat Themistocles, callida hac fraude nactus est, poenam astute subterfugiens; in quam rem multum conferebat ambiguitas quaesita in verbis: *Θεμιστοκλῆς Φρεάρριος ἐχορήγει,* quae, quum tabula haud dubio aeque ac fabula pugnam Salaminiam ante oculos posuerit, ad utramque victoriam et scenicam et navalem spectabant; ita tamen, ut Themistocles prius tantum voluisse videretur.

Huic vero *Phrynichi* Tragoediae, qua Themistocles haud optime usus esse videtur, nos *Aeschyli Persas* tales, quales nunc sunt, acceptam referimus: testis est satis idoneus *Glaucus Rheginus* in commentariis de fabulis Aeschyli, unde auctor summarii haec attulit: *Γλαῦκος ἐν τοῖς περὶ Αἰσχύλου μύθων, ἐκ τῶν*

Φοινισσῶν φησὶ Φρυνίχου τοὺς Πέρσας παραπεποιῆσθαι, ἐκτίθησι δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ δράματος ταύτην·

Τάδ' ἐστὶ Περσῶν τῶν πάλαι βεβηκότων,

πλὴν ἐκεῖ εὐνοῦχός ἐστιν ἀγγέλλων ἐν ἀρχῇ τὴν τοῦ Ξέρξου ἧτταν, στρωννύς τε θρόνους τινὰς τοῖς τῆς ἀρχῆς παρέδροις: ex quibus recte collegit *Hermannus*, scenam ac personas in utraque fabula easdem fuisse. Ac *Phrynichum* in plurimis *Aeschylum* successorem eundem et imitatorem habuisse, cum alia fidem faciunt, tum verbum ipsum, quo usus est *Glaucus*, παραποιεῖσθαι, quod de diligentissima imitatione dici solebat, observante *Valken. ad Eurip. Hippol.* 1115, praeterea frequentior tetrametrorum trochaicorum usus: hos enim *Phrynichum* potissimum adhibuisse nos edocuit *Hermannus ad Aristot. de poet.* 4, 15. p. 108.

Hinc sponte nascitur quaestio, quanam causa adactus *Aeschylus* sibi hanc maxime fabulam exprimendam sumpserit, et quale in iis, in quibus recesserit a *Phrynicho*, consilium sit sequutus. Nec ad haec responderi potest iis, quae *Aristoph. Ran.* 1298. facete objicit *Aeschylo*, compilasse eum hortulos *Phrynichi* musicos. Nam haec ad carmina aliquot citharrhoedica spectant: *Persas* vero ex universo in similitudinem *Phoenissarum* conformavit, et hanc imitationem, quin obscuraret, tantum abfuit, ut ostentasse potius eam videatur. Nec vero si voluisset celare, valuisset. *Phrynichi*, poetae haud ignobilis, Tragoedia ingeniose inventa, sumptuose edita, tabula Themistoclis quotidie civium in memoriam revocata, intra breve spatium quinque annorum haud adeo poterat abire in oblivionem, ut in nova quadam fabula ejusdem argumenti simillimaeque tractationis frequens imitatio fugeret spectatores attentos sane et bene auritos. Haud igitur dubitamus, quin propositum fuerit *Aeschylo*, *Phoenissas Phrynichi* funditus evertere, earumque in locum substituere *Persas*.

Hactenus viam sequuti sumus ab *Hermanno* monstratam, a qua nunc aliquantisper recedendum erit. Statuit enim vir egregius, fontem discriminum

2

omnium *Phoenissas* inter ac *Persas* in cultiore et sublimiore *Aeschyli* ingenio indagandum esse, ita ut certamen mere poeticum cum *Phrynicho* instituerit noster: quam sententiam haud omnino improbamus: nam certe evitasset comparationem *Aeschylus*, nisi sibi conscius fuisset, se victorem proditurum esse ex hac arena: lubenter igitur concedimus, *Aeschylum*, ubi in adumbranda fabula aliter sit versatus ac *Phrynichus*, praecipue in excludendo eunucho et in choro haud e Phoenissis mulieribus, sed ex senibus Persis constituendo, revera et emendasse et superasse *Phrynichum*. At hoc negamus, poeticas potissimum rationes impulisse *Aeschylum* ad *Persas* hunc in modum *Phoenissis* opponendam: in quibus nisi invenisset, quae ipsi graviter et ultra terminos artis Tragicae reprehendenda viderentur, male fecisset irruendo in carmen, quod ipsa imitatio docet haud contemnendum, et ut videbatur in gloriam patriae compositum. Praeterea genus hoc parodiarum Tragicarum, Comoediae magis proprium, temporibus *Aeschyli* nondum moris fuisse, et ab *Euripide* demum, Tragoediae corruptore, invectum esse, admodum fit veri simile. In *Euripide* plura ejusmodi contra *Aeschylum* ac *Sophoclem* prolata, observarit *Valckenarius ad Phoen.* 531. et 758, nec ulla remanebit dubitatio, ubi *Septem adversus Thebas Aeschyli* cum *Phoenissis Euripidis*, ubi illius *Choephoros* cum hujus *Electra* accurate contenderis. A sublimi *Aeschyli* ingenio tales argutiae longe longeque abhorrent.

Gravior *Phrynichi* impugnandi causa in ea, quae tum imminebat, reipublicae Atheniensis conversione, et in factione erat sita, a cujus partibus *Aeschylus* quoque stabat; siquidem factionem dicere licet consensum virorum justissimorum fortissimorumque, qui instituta *Solonis*, libertatem optimis legibus fulcitam, antiquam morum integritatem, patrum in re militari disciplinam, nobile denique Palaestrae *) omniumque bonarum artium studium

*) Aeschylum ipsum contra Euripidem sic loquentem induxit acerrimus morum corruptorum censor *Aristophanes*, *Ran.* 1069 sq.

fortiter defendebant contra nonnullorum hominum impotentiam, avaritiam ac libidinem, sibimet nihil non indulgentium, populo arma armorumque usum e manibus extorquentium, ignavae plebeculae turpiter adulantium, multitudini pro solido statu civili pulchra verba dantium, et sub specioso *δημοκρατείας* titulo teterrimam tyrannidem molientium. Illorum in administranda republica consilia inde a *Solone* per manus quasi tradita erant viris et genere et animo nobilissimis: his vero temporibus omnium judicio principem locum merebatur ac tenebat *Aristides*, *Lysimachi* f., cujus nomen pro amplissimo elogio: *Aristidem* excipiebat *Cimon*, *Miltiadis* f. Hi omnes, ingenio

---

εἶτ' αὖ λαλιὰν ἐπιτηδεῦσαι καὶ στωμυλίαν ἐδίδαξας,
ἣ 'ξεκένωσεν τάς τε παλαίστρας, καὶ τὰς πυγὰς ἐνέτριψε
τῶν μειρακίων στωμυλλομένων. —

In eadem fabula, v. 727 sq. Chorum haec dicentem fecit:

τῶν πολιτῶν οὓς μὲν ἴσμεν εὐγενεῖς καὶ σώφρονας
ἄνδρας ὄντας καὶ δικαίους καὶ καλούς τε κἀγαθοὺς,
καὶ τραφέντας ἐν παλαίστραις καὶ χοροῖς καὶ μουσικῇ,
προσελοῦμεν· τοῖς δὲ χαλκοῖς καὶ ξένοις καὶ πυῤῥίαις
καὶ πονηροῖς κἀκ πονηρῶν εἰς ἅπαντα χρώμεθα. —

In *Nubibus* vero, v. 1051. sq. *δίκαιος* ille *λόγος ἀδίκῳ*, sana mens pessimo saeculi genio, haec exprobrat:

ταῦτ' ἐστὶ ταῦτ' ἐκεῖνα,
ἃ τῶν νεανίσκων ἀεὶ δι' ἡμέρας λαλούντων.
πλῆρες τὸ βαλανεῖον ποιεῖ, κενὰς δὲ τὰς παλαίστρας.

quae quam acerbe dicta sint perspicies, si memineris, tonsorum gregi, ut homullis ignavis et loquaculis, levis notae maculam perpetuo inhaesisse. Conf. *Dorvill. ad Charit.* p. 529. et *Heindorf. ad Hor. Sat.* 1, 7, 3.

optimates, quanquam nullum ex re sibi arrogaverant cognomen ambitiosum, viri erant vere populares, talesque esse uno consensu putabantur: testis est *Plutarch. Solone.* 16. p. 87. C. et 110. B. *Aristid.* 22. p. 332. C. *Cim.* 5. p. 481. E. Interpp. *Luciani Scyth.* 5. Adversus hos circa bellum Medicum exsurgebat *Themistocles*; divini ingenii vir, ita ut ipse *Thucydides*, quamvis in civitate consiliis *Themistoclis* adversatus, summis eum post mortem extulerit laudibus, histor. 1, 138; sed corruptissimis moribus, quorum memorabile exemplum ex *Heraclide* servavit *Athenaeus.* 12. p. 533. D. pecuniae conquirendae ad sordes usque intentus, *Plut. Themist.* 5. p. 114. A. *Aristid.* 4. p. 320. D. honestum haud cunctanter posthabens utili, gloriaeque ultra modum cupidus. *Themistocles* igitur, *Pisistratum* imitatus, ut suam augeret auctoritatem, plebem popularis imperii spe lactans, sensim sensimque imminuit majestatem legum a *Solone* latarum, idque potissimum instauranda classe perfecit: quod consilium quantum infringeret priscum Atheniensium robur, averteret cives a communi patriae defendendae ardore, luxuriemque et vitia trans mare nata omnia importaret in Urbem, paucis egregie exposuit *J. G. Woltmannus* in commentatione de Aristide, *Fuquetii Musis* a. 1813. fasc. 1. inserta. Nec aliter visum erat Graecorum sapientissimis: unum audiamus *Platonem, de Legg.* 4, 2. p. 706. B. *ἔτι γὰρ ἂν πλεονάκις ἑπτὰ ἀπολέσαι παῖδας αὐτοῖς* (Atheniensibus.) *συνήνεγκε, πρὶν ἀντὶ πεζῶν ὁπλιτῶν μονίμων,* (vulgo male, *νομίμων:* veram lectionem servavit duplex *Plutarchi* locus, *Themist.* 4. p. 113. E. *Philopoem.* 14. p. 363. F. expressit *Ficinus*, agnoverunt *Stephanus* et *Astius*. Digna est quae comparetur de utriusque vocabuli confusione nota *Valcken. ad Eur. Phoen.* 541. quamvis hoc loco minus certa sit lectio *Plutarchi:* conf. etiam *Jacobs. ad Anth. Palat.* p. 188.) *ναυτικοὺς γενομένους, ἐθισθῆναι, πυκνὰ ἀποπηδῶντας δρομικῶς εἰς τὰς ναῦς, ταχὺ πάλιν ἀποχωρεῖν, καὶ δοκεῖν μηδὲν αἰσχρὸν ποιεῖν, μὴ τολμῶντας ἀποθνήσκειν, μένοντας ἐπιφερομένων πολεμίων, ἀλλ' εἰκαίας αὐτοῖς γίνεσθαι προφάσεις καὶ σφόδρα ἑτοίμας, ὅπλα τε ἀπολλῦσι καὶ φεύγουσι δή τινας οὐκ αἰσχράς, ὥς φασι, φυγάς. κτλ.* quae *Plutarchus* l. l.

haud inepte sic comprehendit: *Θεμιστοκλῆς τὸ δόρυ καὶ τὴν ἀσπίδα τῶν πολιτῶν παρελόμενος, εἰς ὑπηρέσιον καὶ κώπην συνέστειλε τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον.* Cum *Platone* facit *Aristophanes Acharn.* 162. et alibi salse irridens in novos hos Athenarum sospitatores, in haec propugnacula, majoribus aut incognita aut nullo pretio habita. Sed quid confugere ad judicia virorum, quales haud quodvis saeculum profert? populus Atheniensis ipse probe norat, immensum turpissimorum hominum agmen ex rei navalis studio natum esse Urbi, ita ut in utraque lingua nautae nomen inter convicia detruderetur et a probatissimis scriptoribus hoc sensu usurparetur. v. *Heindorf. ad Plat. Phaedr.* 45. p. 239. et ad *Hor. Sat.* 1, 5, 4. Nautas, fures et fugitivos sociavit *Juvenal.* 8, 174.

Huic tabi statim ab initio se opposuerant *Aristides* et ejus amici: hac enim via cum virtute singulorum etiam libertatem universorum celeriter pessumdari, et populo torpente in licentiam paucorum converti. *) Fabulae scenicae apud Athenienses nunquam non cohaerebant cum administranda re publica, cujus quodammodo pars erant: nolebant tunc poetae nugis delectare verborumve obscoenitate corrumpere: poterant enim et punire flagitia et excitare ad virtutem; et populus ad optima quaeque semper pronus est. Tragoediae plerumque optimates favisse, Comoediae, qui plebis gratiam captarent, quamvis haud raro contra hos ipsos tela dirigeret Soccus, jam recte monitum est a *P. Kanngiessero Scen. Com. Athen.* p. 82. sq. 95. sq. *Aeschylus*, nobili loco natus, proeliis ad Marathonem, Salaminem et Plataeas non sine honore interfuerat: quid mirum, talem virum ab ea parte stetisse, quae magno

---

*) In regnis contraria erat ratio atque in rebus publicis: ibi enim *οἱ ἀριστοκρατοῦντες*, quos dicunt, idem nocebant regibus, quod factio nomine popularis populo Atheniensi: sed rarescunt Themistocles. Itaque in regno regi fidissimi sunt, qui maxime defendunt libertatem populi, in republica populo, qui ejus vim certis legibus coercent: haec enim in quemvis impetum, illud in quietem et languorem proclivius esse solet. v. *Tacit. Germ.* 37. *Agric.* 11.

ejus ingenio unice responderet? Quae vero semel amplexus erat ea nec firmiter tenere, ultra promovere, pro virili defendere veritus est. Transtulit igitur in Tragoediam, quae totum viri pectus replebant, et inde praeco factus est reverentiae erga Deos ac leges, justitiae, fortitudinis, temperantiae, earumque virtutum omnium, quas antiqua *Solonis* disciplina fovebat: *Sophoclem* in his omnibus imitatorem et aemulum habuit, sed ita ut ille praesentem potissimum rei publicae Atheniensis statum respiceret, hic nulla fere temporum locorumque ratione habita divinam generis humani naturam informaret. Eodem igitur jure, quo veteres *Aeschylum* πολιτικώτατον, nos *Sophoclem* poetarum ἠθικώτατον dicemus. Nec hae sunt conjecturae temere jactitatae: quippe documento admodum certo pepercit aevum, *Eumenidibus Aeschyli*, quae fabula, Aeschylearum omnium maxime ad rem publicam pertinens, ab initio usque ad finem in Areopago, validissimo contra imperium plebis munimento, celebrando et commendando versatur. Nec hoc praeter rem, quanquam frustra, instituerat poeta: etenim circa id ipsum tempus, quo *Eumenides* primum docebantur, Ol. 79, 4. a. C. 460. *Cimone* cum exercitu in Asia occupato, maximum detrimentum cepit auctoritas Areopagi, *Ephialte* ac *Pericle* auctoribus, v. *Plutarch. Pericl.* 7. p. 155. F. *Cim.* 10. 15. p. 485. B. 488. A. ita ut judicia non tantum omnia a Senatu ad populum transirent, et id potissimum popularis imperii jam non amplius temperati initium haberetur. Factum erat hoc anno ante *Eumenidas* primum datas. Quantum inde malorum redundaverit in Athenienses exposuit *Frid. Christ. Schlosserus, hist. univ.* T. 1. p. 126. conf. *Boeckhius de oecon. polit. Athen.* T. 1. p. 250. sq.: nec *Aeschylo* obscurum esse poterat, quorsum immatura haec conamina spectabant, et quem in finem necessario debebant evadere, quae ab immutatione rerum tam subita exorsa erant. Id quod sibi persuasissimum erat, in *Eumenidibus* tam aperte ac tam graviter professus est, ut, si quid potuisset inhibere rotas rei publicae deorsum ruentes, contigisset hoc fabulae, a summa prudentia civili et ardentissimo patriae amore profectae.

Eandem poetae mentem in *Prometheo Vincto*, opere nescio an absolutissimo *Aeschyli*, deprehendisse nobis visi sumus: quod qui in universam contra certos imperii terminos scriptum putant, egregie falluntur: *novis* tantum dominis, potestatem suam contra leges nactis et, ut fieri solet ab hominibus novis, arroganter exercentibus apertum bellum indictum est, v. praecipue v. 35. 950. 963. 968. Hinc Prometheum ipsum Areopagitis ceterisque antiquae disciplinae defensoribus comparaverimus, Jovem Pericli, (et ipsi Olympio, *Plutarch. Pericl.* 8. 39. p. 156. B. 173. C.) totique Demagogorum turbae, Mercurium Sycophantis, quorum abhinc ingens proventus, homines, a Prometheo beneficiis cumulatos, a Jove oppressos, populo Atheniensi. Sed haec paucis absolvi nequeunt: sufficiat igitur, obiter significasse sententiam nostram, quae aliquantulum certe lucis affundet iis, quae de *Persis* addituri sumus.

In hac ergo Tragoediae antiquae natura nihil erat mirum, si *Phrynichus*, aut alteri factioni revera addictus, aut sublime Themistoclis ingenium suspiciens, et ut poeta minus curans interiorem civitatis conditionem, facile eo adduci poterat, ut victoriam Salaminiam, magnam in ea navium Graecarum utilitatem ac quod nullo modo separandum erat, sapiens consilium et praeclaras Themistoclis virtutes bellicas carmine Tragico celebraret. Praeterea bonum sibi poetam obstrinxerat Themistocles: dederat enim Chorum et admodum sumptuosum: sed nec hoc temere fecisse putandus est homo, rei familiari nimium quantum intentus et a curis ambitiosis nunquam requiescens. Quae quum ita sint, nobis non est dubium, quin eo inspirante et compellente *Phoenissas* conscripserit *Phrynichus*; quamvis nolimus, ulla inde in poetam, consiliorum quae promovere debebat fortasse ignarissimum, cadat culpa. Etiam hoc pro explorato habemus, nec Themistoclis nomen a scena auditum, nec ejus laudes aperte decantatas esse: pessime profecto evenisset laudatori et laudato, nec id sibi expetebat vir in ambitione cautissimus. Maximam

rem nactus erat, si in solenni hac pugnae Salaminiae adumbratione potissima Persarum ad internecionem redactorum laus, quod vel jure quodam facere licebat, ad naves Athenienses deferebatur; tunc enim victoria populo Graeco erepta et unius Themistoclis prudentiae vindicata erat: Tragoediam vero in eo occupatam haud injuria τοῖς δημοκρατοῦσι mirum in modum faventem atque ipsam minime quidem popularem, sed Democraticam vocaverimus. Quod ut statuamus inscriptio quoque *Phoenissarum* *) magnopere suadet. Quis non interroget, cur ex his potissimum mulieribus Chorum composuerit poeta? Hoc egregie instituit, siquidem summum fortunae et victoriae argumentum in classi optime instructa et excellenti imperatori commissa situm videbat. Nulla alia gens his temporibus sibi clarius ab arte navigatoria nomen comparaverat quam Phoenices, qui etiam ad hoc bellum longe maximam navium partem Xerxi suppeditaverant, v. *Wessel. ad Diodor. Sic.* 11, 3. et *Valcken. ad Herodot.* 7, 89. Clade igitur navali Phoenices prae ceteris Persici imperii nationibus affligebantur; et quum poeta sapienti consilio rem ita instituisset, ut magnitudinem facti non in gaudio ac tripudiis populi victoris, sed in lamentationibus gentis victae ostenderet, nova laude dignus est quod Phoenissas sibi mulieres ad Chorum constituendum elegerat.

Prius recte ad Tragoediam suam transtulit *Aeschylus*: posterius eodem jure immutavit, nec hoc ea tantum de causa, quam indicavit *Hermannus*. **)

---

*) *Persas* enim hanc fabulam unus nominavit *Suidas* v. Φρύνιχος, sublestae fidei testis, et hic eo quoque errans, quod diversas Tragoedias fecit Persas et Phoenissas Phrynichi.

**) »Grande quiddam et admirabile animo conceperat, magnitudinem cladis a Persis acceptae eo depingere, quod universam eorum civitatem afflictum ostenderet. — Est enim is adhibitus personarum delectus, ut nihil ad imaginem universae civitatis deesse videatur. Populum Chorus, regiam majestatem Atossa, exercitum nuncius, ducem dux ipse idemque rex Xerxis, denique vatem Darius repraesentat: quos omnes quum affli-

Nam ut haudquaquam dissimulavit, quantum ad liberandam patriam etiam naves contulerint, nec quicquam veris *Themistoclis* meritis detractum voluit, ita eadem haec justitia ab eo exigebat, ut copiis pedestribus totique populo Atheniensi sua victoriae pars restituatur. His omnibus summum vigorem addebat ea, quam de patriae salute conceperat, sententia: huic adversata erat fabula *Phrynichi*, a populo cum applausu excepta; huic jam opitulatur poeta. Cave credas, obstare quinquennium inter *Phoenissas* et *Persas* elapsum: nunquam contra *Phrynichum* fabulam docuisset *Aeschylus*, nisi si quid ab illo effectum cognovisset Athenis, nec id in duos vel tres dies, sed in longius duraturum. Sed ut de hac ipsa re ei constaret, ante omnia tempore fuit opus. Quis vero contendet, sero prodiisse Tragoediam nostram, si consideraverit, quales per ipsum hoc quinquennium successus fecerit *Themistoclis* increscens auctoritas populique impotentia?

Quae hactenus in universum disputavimus, et ita quidem, ut ex consiliis ipsius *Aeschyli* de adversariorum moliminibus certius quid statuere conaremur, his novum fundamentum accedit, si singulas *Persarum* partes accuratius expendimus.

---

ctos lugentesque videmus, ecqua potest major fingi aut illustrior species moeroris per omnes universae civitatis partes diffusi? Igitur si detracta colloquentium personarum fictione rem ipsam spectamus, civitatem Persarum videmus initio de eventu belli sollicitam, mox re comperta consternatam, deinde ab Diis auxilium petentem, denique accepto Dei responso, adspectu redeuntium in effusum luctum erumpentem. A tali vero consilio Chorus, qui non ex Persis esset, ita abhorrebat, ut, si poeta Phrynichi exemplo Phoenissas mulieres introduxisset, omnis illa universae civitatis imago interitura fuisset. Quin sapienter ne Persicas quidem mulieres adhibendas putavit, quod civitatis vicem sustinere virorum potius est, quam mulierum.« p. VIII. IX. Sed nec hoc plane praetermittendum est, apertius conspici infortunii magnitudinem, si virorum prudentissimorum animos, non mulierum tantum sensus molliores, attonitos et conturbatos ostendebat poeta: vide quae hac de re historiarum auctoribus intelligenter praecepit *Lucianus de conscrib. hist.* 8.

Res est notissima oraculum Delphicum, brevi ante exortum bellum Persicum Atheniensibus datum: in quo quum obscurius enunciarentur verba,

τεῖχος Τριτογονεῖ ξύλινον δίδοῖ εὐρύοπα Ζεὺς
μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν, *)

civibus suspensis et fluctuantibus murum ligneum de navibus callide interpretatus est *Themistocles*, quod judicium post felicem pugnae eventum ore omnium circumferebatur. Quid vero *Aeschylus?* alium noverat Athenarum murum eumque haud paulo fortiorem: accipe ipsum v. 346. ubi nuncium, e Graecia redeuntem, haec dicentem facit:

ἔστ' ἄρ' Ἀθηνῶν, ἔστ' ἀπόρθητος πόλις,
ἀνδρῶν γὰρ ὄντων ἕρκος ἐστὶν ἀσφαλές. **)

Negat in navibus quaerendum esse praesidium Urbis, quod unice virtuti civium insit, nec multum tribuerimus sententiae in universum verissimae et ab aliis antea pronunciatae: at negat hoc iisdem fere verbis, quibus Oraculum Delphicum usum erat, sed ita ut navibus, quas Dei verbis intulerat *Themistocles*, viros sufficeret: quod casu accidisse quis putet?

Jam ad ipsam pugnarum descriptionem attendamus. Magnifice sane narrantur res ad Salaminem gestae inde a v. 351. et ut par erat in primitiis

---

*) *Herodot.* 7, 140. 143. *Plutarch. Themist.* 10. p. 116. E. *Schol. Aristoph. Equit.* 1037.

**) Dedimus verba *Aeschyli*, qualia leguntur in Aldina, optimo lectionis Aeschyleae fonte. Interpretatio nihil habet difficultatis: *Est sane, est sospes urbs Athenarum; viris enim superstitibus murus adest nunquam lapsurus.* Apophthegma inter Laconica refertur et Lycurgo tribuitur, *Plutarch. Lyc.* 19. p. 52. B. οὐκ ἂν εἴη ἀτείχιστος πόλις, ἅτις ἀνδράσι καὶ οὐ πλίνθοις ἐστεφάνωται. *Apophth. Lacon.* p. 228. E. Eandem sententiam suam fecit *Soph. OTyr.* 57 ubi ab *Erfurdtio* Themistocli tribuitur: quo jure, nescio. Similia *Alcaei* et *Demosthenis* loca habet Schol. Sophocl. *Plaut. Pers.* 4, 4, 6. *Si incolae bene sunt morati, pulchre munitum arbitror* (oppidum.)

victoriae, quibus hostium animus deprimebatur, Graecorum confidentia ac fortitudo crescebat. Sed ita persequutus est hanc narrationem, ut in ea nihil nisi ipsum hoc majoris fortunae initium nobis appareat, quod vel expressis verbis significavit v. 433. sq.

> εὖ νῦν τόδ' ἴσθι, μηδέπω μεσοῦν κακῶν·
> τοιάδ' ἐπ' αὐτοῖς ἦλθε συμφορὰ πάθους,
> ὡς τοῖσδε καὶ δὶς ἀντισηκῶσαι ῥοπῇ.

His sibi transitum facit ad ea, quae eodem die in insula Psyttalea selecto Persarum exercitui, juvenibus nobilibus regi fidissimis, acciderant. Si fides habenda est *Herodoto* 8, 76. 95. multo minoris haec erant momenti: sed fiebant *Aristide* duce, nec a copiis navalibus, sed a gravis armaturae militibus perpetrabantur v. 454. Vulnus hinc Xerxi inflictum eo exaggerat noster, quod regem non post excidium navium, sed post cladem in insula Psyttalea acceptam in fugam dat v. 463.

At haec omnia tanquam praevia atque spectatorum animos ad majus quid praeparantia nobis apparebunt, si ad orationem Darii de pugna Plataeensi v. 797. sq. pergimus. Pondus gravissimarum sententiarum eximiumque verborum delectum auget persona Darii, qui ab inferis redux, summa cum veneratione a Choro exceptus, haec fatidico ore effatur, quum priora miles fugitivus narrasset, nec hic amplius duces necati, militum sanguis, armorum strepitus, excisi exercitus nobis ob oculos collocantur; sed impia totius gentis facinora, jura divina humanaque pedibus protrita, ultio demum a supremo numini immissa, ex tumulis caesorum sera hominum genera monitura, ne superbia in se convertant poenas aeternae justitiae: v. 815. sq.

> θῖνες νεκρῶν δὲ καὶ τριτοσπόρῳ γονῇ
> ἄφωνα σημανοῦσιν ὄμμασι βροτῶν,
> ὡς οὐχ ὑπέρφευ θνητὸν ὄντα δεῖ φρονεῖν·

ὕβρις γὰρ ἐξανθοῦσ' ἐκάρπωσε στάχυν
ἄτης, ὅθεν πάγκλαυτον ἐξαμᾷ θέρος. *)

Hoc igitur proelium, omnium gravissimum, quo res Persarum in Graecia conficiebantur, navibus suppetias haud ferentibus, ab exercitu pedestri pugnatum erat, Atheniensibus vero, quorum gravis armatura laevum cornu tenebat, praeerat *Aristides. Herodot.* 9, 28. 29. Ordinem sane pugnarum monstraverat historia ipsa: ars vero ac consilium, quod sequutus est poeta, in praeclara hac gradatione conspicitur, qua rebus postremo loco gestis et earum quae anteacta erant mole paene obrutis tantam magnitudinem et tam insigne decus addidit, ut omnia, quae praecesserant, facile superarent.

Convenit cum eis, quae hactenus de fabulae conformatione disputavimus, additque eis cumulum haud exiguus numerus singulorum locorum, ad eandem rem spectantium: quae quum omnia illustrare nunc non vacet, monebimus certe de eis, quibus de variis armorum militiaeave generibus agitur. Ab hac enim parte immutationem status praesentis prudenter exorsus erat Themistocles, haec enim cum tota Atheniensium vita et publica et privata arctissimo vinculo cohaerebant. His semel conversis jugum quoque excussum erat, quod leges Solonis hominibus ambitiosis imponebant. Si igitur ulla res omnium civium animos exercebat, haec erat. Nec id cuiquam mi-

*) v. 815. ordinem verborum, θῖνες νεκρῶν δὲ, restituimus ex *Aldina,* unde ne enotatus quidem est ab editoribus: consentiunt cod. Mosq. edd. Robort. et Turn. favet metrum, nec obstat positio particulae. v. *Seidler. ad Eur. Troad.* 831. *Poppo obss. crit. in Thucyd.* p. 30. — v. 816. ὄμμασι retinuimus, quod non magis erat corrigendum quam v. 779. νέα φρονεῖ, quae frustra tentata sunt ab *Erfurdtio ad Soph. Aj.* 1109. p. 625. et a *Monkio ad Eur. Hippol.* 1284. imposuerat viris egregiis *Porso ad Eur. Or.* 64. — v. 817. δεῖ pro vulgato χρὴ revocavimus ex Ald. — v. 819. errant recentiores, ad ἐξαμᾷ „*hominem*" supplentes. Superbia enim ipsa lacrymosam messem metit. Verum videt Scholiastes.

rum videbitur, dummodo conditionem nostrorum, quos ipsi videmus, dierum consideraverit. Multa sibi invicem repugnantia peperit aevum: sed vix de ulla re acerbius litigarum est, quam de juventute nostra, utrum ad virilem priorum saeculorum disciplinam revocanda, an in posterum quoque mollitiei et inertiae permittenda sit, quae bonam aequalium partem deprimunt, ac semper altiores radices acturae sunt, nisi fortiter coerceantur vitia blandientia. Quae cura, quamvis pars tantum sit laborum, civium cuique pro patria suscipiendorum, eo usque agitare coepit hominum animos, ut haec una, simulac de tempore nostro sermo injectus sit, vehementissimum nec raro stolidissimum controversiarum ardorem in semet convertere soleat, nec immerito. Sentiunt enim omnes, mali aeque atque honesti, maxima quaeque et nobilissima generis humani bona hinc suspensa esse. Tale momentum, minutum fortasse, si cum summa rerum comparatur, sed abs quo omnia debent ordiri, quovis tempore nobis datum existimamus, dummodo agnoscatur et pro gravitate sua foveatur a genio saeculi. Apud Athenienses duo potissimum hoc aevo exstabant, quae sancte observata populi libertatem et antiquam morum dignitatem sustentabant, neglecta vero ac prodita secum in ruinam trahebant fundamenta civitatis: honorem dicimus Areopago habitum ac priscas de re militari institutiones. Et Areopagi quidem auctoritatem nondum quisquam attrectare ausus erat: hoc sibi in tempus magis opportunum seposuerant novatores. Quo vero minus se abstinerent a gravissimis rei militaris immutationibus, ipsa victoria Salaminia occasionem praebuerat. Auxerat enim, ut par erat, Themistoclis potentiam, impensiusque promovebat rei navalis studium.

Quae inde metuenda essent civitati civiumque moribus, supra indicavimus. Unum restat, ut videamus, quomodo de his rebus in *Persis* judicaverit *Aeschylus*: plurima enim hujus fabulae loca eo spectare et unice ex his curis publicis lucem accipere, comparatio eorum inter se facile ostendet.

Ferit statim sensus, universam narrationem artificiose ita textam esse, ut omnis Persarum clades ab eorum triremibus, summa victoriae Graecae a graviter armato Atheniensium exercitu profecta esse videatur. v. 276. 302. 413. sq. 551. 559. sq. 676. 727. 904. 942. 958. 1006. 1066. quamvis utrumque ex parte tantum verum sit. Hinc perpetuae illae de miseris ac fatalibus navibus querelae, quarum in carmine Aeschyleo ambiguus sensus esse debebat. Nam quae Atheniensibus e consiliis Themistoclis aliquando eventura erant, aequalibus in clade Persarum, tanquam in speculo posteritatis, monstrat poeta; Chorique lamentationes tales fecit, quales Atheniensibus mox fundendas esse praesaga mente suspicatur. Cavit igitur diligenter, ne unquam honorifico quodam epitheto ornaret naves: unicum earum robur numero inesse, imbellibus ipsis ac caducis, v. 40. 110. 335. Ac sicut ubique Graecorum libertatem servituti Persarum opponit, ab altera parte populus victor, ab altera rex fugitivus, duces misera morte perempti, populus nullus, ita in armorum quoque delectu versatur. Persis enim vilissima omnium, levius missilium genus, propria fecit: *) Graecis e contrario *ἀσπίδας* et *ἔγχη*, *λόγχην* et *δορύ*, armorum nobilissima, tam constanter tribuit, ut his ipsis internosceret utramque gentem, v. praecipue 83. 146. 237. sq. 454. 726. 814. De gravi igitur armatura ita loquitur, ac si res sit Graecis innata fere atque ingenita, quam haud liceat exuere, nisi deposito simul more patrio, patriaque virtute relicta.

Sed ipsa haec virtus, interior civilis bellicaeque prudentiae concentus, qui sub nomine *καλοκἀγαθίας* uno vocabulo complectebatur, quaecunque

---

*) De contemptu, in quem ars sagittandi post excultam apud Graecos artem Tacticam adducta est, conf. praeter alios *Lobeck ad Soph. Aj.* 1109. p. 394. et apud Romanos quoque *Adscriptivi* sive *Accensi* sive *Ferentarii*, fundis et lapidibus depugnantes, infima militum pars erant. v. *Joh. Frid. Gronov. ad Tacit. Agric.* 19. et *G. L. Walchii Melet. crit.* p. 5. 6.

prisca Atheniensium fides ab optimis ac gravissimis viris exigebat, ut sine maxima reverentia erga instituta majorum stare non poterat, ita pro fundamento habebat omnem pietatem cultumque Deorum, a majoribus traditum, superstitiosum sane nobisque non uno nomine reprehendendum, ita tamen comparatum, ut semel elevatus necessario secum auferret leges moresque. Themistocles primus impune violaverat Deos, dum Urbem et Templa hostibus diripienda permitteret, quod exemplum tanto periculosius erat, quanto plus res ipsa ad Persarum excidium contulerat: et turpiora sequuta sunt, quamvis nequitiae ac licentiae fastigium ante Alcibiadem nemo attigerit. Consilium quidem de aerario Delio, contra foedus Athenas deferendo, quum *Persas* doceret *Aeschylus*, nondum dederat Themistocles: nec in ullum hominem Graecum invehitur poeta. Sed omnia, quae hostibus acciderant, mala non tam ad excellentiorem Graecorum fortitudinem, ad perfectiorem apud eos artem bellicam, ad ullam causam externam, quam ad iram Deorum refert, quorum numina gravissimis delictis contra se irritaverant Persae, v. 345. 400. 452. 495. 512. 742. 824. Atheniensibus contra meritus Deorum favor victoriam conciliaverat, qua persuasione nimiam singulorum fiduciam deprimere, populumque universum, ut Deos sibi praesentes etiam servaret, exhortari aggressus est noster: Si quidem verum est, quod conjicimus, ab hac parte paulo jactantius versatum esse *Phrynichium*, quod amico Themistoclis facile poterat accidere, eumque in nimias Atheniensium laudes excurrisse, jam non licet dubitari, quibusnam potissimum in rebus imitatio sive ut rectius dicamus aemulatio et oppositio *Aeschyli* constiterit: haec enim in arctissima imitatione optime cognoscebatur. Haud igitur *Phrynichum* poetam, sed *Phrynichum* de civitate populo male et perverse consulentem superare apud se constituerat. Fecit hoc eadem via, qua a vera justaque ratione aberraverat ille, Tragoediae ope et auxilio: nihil vero ab hac parte effici poterat, nisi victo antea et obscurato poeta, quod in scena jure potissimum habebatur. Nec minus recte monitum est, *Aeschylum* id quoque in *Persis*

spectasse, ut Athenienses ad fortitudinem compelleret, quae etiam *Aristophanis* erat sententia: quamvis hoc separare nolimus a ceteris. Nam ipsa haec virtus pendebat a disciplina antiqua, per totam fabulam vindicata.

Ut igitur paucis comprehendamus, quae nobis visa sint, unum revera ac simplex consilium obversatum est *Aeschylo* in condenda Tragoedia nostra, *Persas*que Themistocli ejusque conaminibus eodem modo opposuit, quo postea *Eumenidas* Ephialtae, rerum novarum cupides ad saniorem mentem revocaturus relicturusque priscae virtutis monumentum posteris. Ac si *Phrynichi Phoenissis* fata pepercissent, idem argumentum a duobus poetis, altero a populi, altero a plebis parte stantibus, si quaerimus de conformatione externa similiter, si de ingenio ac consilio auctorum diversissime tractatum haberemus.

Ne vero, de universo fabulae sensu solliciti, singulas ejus difficultates negligere videamur, jam extremam eamque difficillimam *Persarum* partem accuratius examinabimus, eamque primum ex lectionibus optimorum librorum, cum manu scriptorum, tam impressorum integritati suae, in quantum fieri poterat, restitutam apponemus, de rationibus scripturarum a nobis adoptatarum postea disputaturi.

Χ Ο Ρ Ο Σ.

Στροφὴ ά.

Ὦ πόποι, ἦ μεγάλης ἀγαθᾶς τε πο-
λισσονόμου βιοτᾶς ἐπεκύρσαμεν,
εὖθ' ὁ γηραιὸς
πανταρκὴς, ἀκάκης, ἄμαχος βασιλεὺς,
ἰσόθεος Δαρεῖος ἆρχε χώρας.

Ἀντιστροφὴ β'.

Πρῶτα μὲν εὐδοκίμου στρατιᾶς ἀπε-
φαινόμεθ', ἠδὲ νομίσματα πύργινα
πάντ' ἐπεύθυνον·
νόστοι δ' ἐκ πολέμων ἀπόνους, ἀπαθεῖς
ἡμέας εὖ πράσσοντας ἆγον ἐς οἴκους·

Στροφὴ β'.

ὅσας δ' εἷλε πόλεις, πόρον οὐ δια-
βὰς Ἅλυος ποταμοῦ, οὐδ' ἀφ' ἑστίας συθεὶς·
οἷαι Στρυμονίου πελάγους Ἀχελωΐδος εἰσὶ πάροικοι,
Θρῃκίων ἐπαύλων·

Diversitas lectionis Schützianae. ed. maj. a. 1811. 849. *μεγάλας*. 852. *ἀκάκας*. 856. 7. *νόμιμα τὰ πύργινα*. 859. 60. *ἡμᾶς εὐπράσσοντας ἆγον*. 866. *Ἀχελωΐδες*. 866. 67· nulla distinctio nec post *πάροικοι*, nec post *ἐπαύλων*.

'Αντιστροφὴ β'.

Λίμνας τ' ἔκτοθεν αἱ κατὰ χέρσον ἐ-
ληλαμέναι πέρι τοῦδ' ἄνακτος ἄϊον,
Ἕλλας ἀμφὶ πόρον πλατὺν αὐχόμεναι, μυχία τε Προποντίς,
καὶ στόμωμα Πόντου·

Στροφὴ γ'.

νᾶσοί θ', αἱ κατὰ πρῶν' ἅλιον περίκλυστοι
τᾷδε γᾷ προσήμεναι,
οἷα Λέσβος, ἐλαιόφυτός τε Σάμος, Χίος,
ἠδὲ Πάρος, Νάξος, Μύκονος, Τήνῳ τε συνάπτουσ'
Ἄνδρος ἀγχιγείτων·

'Αντιστροφὴ γ'.

καὶ τὰς ἀγχιάλους ἐκράτυνε μεσάκτους,
Λῆμνον, Ἰκάρου θ' ἕδος,
Ῥόδον τ', ἠδὲ Κνίδον, Κυπρίας τε πόλεις, Πάφον,
ἠδὲ Σόλους, Σαλαμῖνά τε, τῆς νῦν ματρόπολις τῶνδ'
αἰτία στεναγμῶν·

'Επῳδός.

καὶ τὰς εὐκτεάνους κατὰ κλῆρον
Ἰόνιον πολυάνδρους
Ἑλλήνων ἐκράτυνε

868. Comma post *ἔκτοθεν. αἳ κατὰ χ.* 870. 71. *πέρι πύργον τοῦδ' ἄ.* 872. *Ἕλλας τ' ἀ.* 875. *στόμα.* 876. *νᾶσοι θ' αἳ.* 879. *οἷα.* 881. *Χῖος.* 886. *μεσακτίους.* 888. *καὶ Ῥόδον ἰδὲ Κνίδον.* 891. *τᾶς.* 893. *στεναγμάτων.* 896. *Ἑλλάνων.*

σφετέραις φρεσὶν, ἀκάματον δὲ παρῆν
σθένος ἀνδρῶν τευχηστήρων,
παμμίκτων τ' ἐπικούρων·
νῦν δ' οὐκ ἀμφιβόλως θεότρεπτα τάδ' αὖ
φέρομεν πολέμοισι δαμασθέντες
μεγάλως, πλαγαῖσι ποντίαισιν.

ΞΕΡΞΗΣ. ΧΟΡΟΣ.

Ξέρξης.

Ἰώ,
δύστηνος ἐγώ, στυγερᾶς μοίρας
τῆσδε κυρήσας ἀτεκμαρτοτάτης,
ὡς ὠμοφρόνως δαίμων ἐνέβη
Περσῶν γενεᾷ. Τί πάθω τλήμων;
λέλυται γὰρ ἐμῶν γυίων ῥώμη.
Τήνδ' ἡλικίαν εἰσιδόντ' ἀστῶν
εἴθ' ὄφελε, Ζεύς, κἀμὲ μετ' ἀνδρῶν
τῶν οἰχομένων
θανάτου κατὰ μοῖρα καλύψαι.

Χορός.

Ὀτοτοῖ, βασιλεῦ, στρατιᾶς ἀγαθῆς
καὶ Περσονόμου τιμῆς μεγάλης,
κόσμου τ' ἀνδρῶν,
οὓς νῦν δαίμων ἀπέκειρεν.

900. ἀμφιλόγως. 903. δμαθέντες. 904. πλαγαῖς τε ποντ. 909. ἐμοὶ γυίων. 909. 10. Comma post ῥώμη, punctum post ἀστῶν. 911. ὤφελε, Ζεῦ, κἀμὲ. 917. ἀπέκειρε.

Γᾶ δ' αἰάζει τὰν ἐγγαίαν
ἥβαν, Ξέρξᾳ κταμέναν, Ἅιδου
σάκτορι Περσᾶν. Ἀγδαβάται γὰρ,
πολλοὶ φῶτες, χώρας ἄνθος,
τοξοδάμαντες, πάνυ γὰρ φύστις,
μυριὰς ἀνδρῶν ἐξέφθινται.

Ξέρξης.

αἶ, αἶ,
κεδνᾶς ἀλκᾶς.

Χορός.

Ἀσία δὲ χθὼν, βασιλεῦ γαίας,
αἰνῶς, αἰνῶς ἐπὶ γόνυ κέκλιται.

ΞΕΡΞΗΣ. ΧΟΡΟΣ.

Στροφὴ ά.

Ξέρξης.

Ὅδ' ἐγὼν, οἶ οἶ, αἰακτὸς,
μέλεος, γέννᾳ γᾷ τε πατρῴᾳ
κακὸν ἄρ' ἐγενόμην.

Χορός.

Πρόσφθογγόν σοι νόστου τὰν
κακοφάτιδα βοὰν, κακομέλετον ἰὰν

920. σάκτορι, Περσᾶν. Ἀγβατάνων γὰρ π. 922. 23. φύστις μυριὰς ἀνδρῶν, ἐ. 924. αἶ αἶ αἶ αἶ, κ. 925. βασιλεῦ, γαίας αἰνῶς. 928. γᾷ τε πατρίᾳ. 929. ἐγενόμαν.

Μαριανδυνοῦ θρηνητῆρος
πέμψω, πέμψω, πολύδακρυν ἰαχάν.

Ἀντιστροφὴ β'.

Ξέρξης.

Ἵετ' αἰανὴν, πανόδυρτον,
δύσθροον αὐδάν· δαίμων γὰρ ὅδ' αὖ
μετάτροπος ἐπ' ἐμοί.

Χορός.

Ἥσω τοι καὶ πανόδυρτον,
λαοπαθῆ σεβίζων, ἁλίτυπα βάρη
πόλεως, γέννας πενθητῆρος·
κλάγξω, κλάγξω δ' αὖ γόον εὐρύδακρυν.

Στροφὴ β'.

Χορός.

Ἰάνων γὰρ ἀπηύρα,
Ἰάνων ναύφρακτος
Ἄρης ἑτεραλκὴς,
νυχίαν πλάκα κερσάμενος
δυσδαίμονά τ' ἀκτάν.

Ξέρξης.

Οἶ οἶ οἶ βόα, καὶ πάντ' ἐκπεύθου.

936. αἰανὴν καὶ πανόδυρτον. 939. μετάτρεπτος. 940. 41. nullae distinctiones post πανόδυρτον et πόλεως. 941. 42. λαοπαθῆ τε σ. ἁλίτυπά τε β. 944. κλάγξω semel positum, et ἀρίδακρυν. 945. 46. Ἰώνων γὰρ ἀπηύρα Ἰώνων.

Χορός.

Ποῦ δὲ φίλων ἄλλος ὄχλος;
ποῦ δέ σοι παραστάται,
οἷος ἦν Φαρανδάκης,
Σούσας, Πελάγων καὶ Δατάμας
ἠδὲ Ψάμμις, Σουσισκάνης τ',
'Αγβάτανα λιπών;

'Αντιστροφὴ β΄.

Ξέρξης.

'Ολοοὺς ἀπέλιπον,
Τυρίας ἐκ ναὸς
ἔῤῥοντας, ἐπ' ἀκταῖς
Σαλαμινιάσι, στυφελοῦ
θείνοντας ἐπ' ἀκτᾶς.

Χορός.

Οἶ οἶ οἶ· ποῦ δέ σοι Φαρνοῦχος,
Καριόμαρδός τ' ἀγαθός;
ποῦ δὲ Σευάλκης ἄναξ,
ἢ Λίλαιος εὐπάτωρ,
Μέμφις, Θάρυβις καὶ Μασίστρης,
'Αρτεμβάρης τ' ἠδ' Ὑσταίχμας;
τά σ' ἐπανέρομαι.

951. ποῦ δέ σοι φίλων ὄχλος. 954. Σούσας. 955. 56. καὶ Δοτάμας, ἠδ' 'Αγδαβάτας, Ψάμμις. 960. Σαλαμινίσι, στυφελοὺς θ. ἐπ' ἀκτάς. 963. 'Αριόμαρδός τ' ἀ. 966. Μασίστρας. 968. τάδε σ' ἐπανηρόμαν.

Στροφὴ γ΄.

Ξέρξης.

Ἰώ μοι μοι τὰς Ὠγυγίας
κατιδόντες στυγνὰς Ἀθάνας·
πάντες ἑνὶ πιτύλῳ,
ἓ ἓ ἓ ἕ,
τλάμονες ἀσπαίρουσι χέρσῳ.

Χορός.

Ἦ καὶ τὸν Περσῶν αὐτοῦ,
τὸν σὸν πιστὸν πάντ' ὀφθαλμὸν,
μυρία, μυρία πεμπαστὰν,
Βατανώχου παῖδ' Ἄλπιστον,
τοῦ Σησάμα, τοῦ Μεγαβάτα,
Πάρθον τε, μέγαν τ' Οἰβάρην
ἔλιπες, ἔλιπες; ὢ ὢ δαΐων.
Πέρσαις ἀγαυοῖς κακὰ, πρόκακα λέγεις.

Ἀντιστροφὴ γ΄.

Ξέρξης.

Ἴυγά μοι δῆτ' ἀγαθῶν ἑτάρων
ὑπομιμνήσκεις, στύγν' ἄλαστα,
στυγνὰ πρόκακα λέγων·
βοᾷ βοᾷ
τλᾶμον μελέων ἐνδόθ' ἦτορ.

969. ἰὼ, ἰώ μοι μοι. 970. τὰς ὠγυγίους. 973. ἓ ἓ ἓ. 976. σὸν πιστὸν ὄντ' ὀφθ., omisso τὸν. 979. Μυγαβάτα. 981. ἔλιπες, ἔλιπες; Choro, ὢ ὢ δαΐων! Xerxi adscribitur. 982. κακὰ πρόκακα. 983. ἴυγγα μοι. 984. ὑπομ. ἄλαστα στ. πρ. 987. μελέων ἔνδοθεν ἦ. omisso τλᾶμον.

Χορός.

Καὶ μὴν ἄλλον γε ποθοῦμεν,
Μάρδων ἀνδρῶν μυριόνταρχον,
Ξάνθην, Ἄρειόν τ' Ἀγχάρην,
Δίαιξίν τ' ἠδ' Ἀρσάκην,
ἱππιάνακτας, Κυγδαγάταν καὶ
Λυθίμναν αἰχμῆς ἀκόρεστον.
Ἔταφον, ἔταφον, οὐκ ἀμφὶ σκηναῖς
τροχηλάτοισιν, ὄπιθε δ' ἑπόμενοι.

Στροφὴ δ'.

Ξέρξης.

Βεβᾶσι γὰρ, οἵπερ ἀγρόται στρατοῦ.

Χορός.

Βεβᾶσιν, οἱ, νώνυμοι·
ἰὴ ἰή, ἰὼ ἰώ,
ἰὼ ἰώ, δαίμονες
ἔθετ' ἄελπτον κακὸν,
διαπρέπον, οἷον δέδορκεν Ἄτα.

Ἀντιστροφὴ δ'.

Ξέρξης.

Πεπλήγμεθ', οἵαι δι' αἰῶνος τύχαι.

988. ἄλλο γε. 989. μυριοντάρχαν. 993. Κιγδαγάταν καὶ Λυθίμαν. 994. Τόλμον τ' αἰχμᾶς. 995 — 998. ἔταφεν — ἑπόμενοι, Xerxi adscribuntur. 995. ἔταφεν, ἔταφεν. 996. ὄπισθε. 997. β. γὰρ οἵπερ ἀκρόται. 998. οἳ οἵ. 999. ἰὴ bis, ἰὼ quater. 1000. δυσδαίμονες ἔθετ' ἄελπτον. 1002. ἄτα.

Χορός.

Πεπλήγμεθ', εὔδηλα γάρ·
νέαι, νέαι δύαι, δύαι·
Ἰαόνων ναυβατῶν
κύρσαντες οὐκ εὐτυχῶς.
Δυςπόλεμον δὴ γένος το Περσῶν.

Στροφὴ ε΄.

Ξέρξης.

Πῶς δ' οὔ; στρατὸν μὲν τοσοῦτον τάλας πέπληγμαι

Χορός.

Τί δ' οὔκ; ὄλωλεν μεγάλα τὰ Περσῶν.

Ξέρξης.

Ὁρᾷς τὸ λοιπὸν τόδε τᾶς ἐμᾶς στολᾶς;

Χορός.

Ὁρῶ, ὁρῶ.

Ξέρξης.

Τανδί τ' ὀϊστοδέγμονα;

Χορός.

Τί τόδε λέγεις σεσωσμένον;

Ξέρξης.

Θησαυρὸν βελέεσσιν.

1003. οἶαι δαίμονος τύχαι. 1008. δὴ τὸ γένος Περσῶν. 1011. τί δ' οὖν; ὄλωλεν μεγάλα. 1014. oratio post ὀϊστοδέγμονα abrupta. 1015. 16. Chor. τί τόδε λέγεις; Xerx. σεσωσμένον θησαυρὸν βέλεσι.

Χορός.

Βαιά γ', ὡς ἀπὸ πολλῶν.

Ξέρξης.

'Εσπανίσμεθ' ἀρωγῶν.

Χορός.

'Ιάνων λαὸς οὐ φυγαίχμας.

'Αντιστροφὴ έ.

Ξέρξης.

'Αγανόρειος· κατεῖδον δὲ πῆμ' ἄελπτον.

Χορός.

Τραπέντα ναύφρακτον ἐρεῖς ὅμιλον.

Ξέρξης.

Πέπλον δ' ἐπέρρηξ' ἐπὶ συμφορᾷ κακοῦ.

Χορός.

Παπαῖ, παπαῖ.

Ξέρξης.

Καὶ πλεῖον ἢ παπαῖ μὲν οὖν.

Χορός.

5. Δίδυμα γάρ ἐστι καὶ τριπλᾶ.

Ξέρξης.

Λυπρά, χαρίσματα δ' ἐχθροῖς.

Χορός.

Καὶ σθένος δ' ἐκολούσθη.

Ξέρξης.

γυμνός εἰμι προπομπῶν.

Χορός.

Φίλων ἄταισι ποντίαισιν.

1019. 'Ιαόνων. 1020. ἀγανόριος. 1024. ἀπέρρηξ' ἐ. 1025. παπαῖ quater.
1028. χάρματα. 1029. σθένος γ' ἐ, 1031. φίλων τ' ἄ. ποντίαισι.

Στροφὴ ϛ'.

Ξέρξης.

Δίαινε, δίαινε πῆμα, πρὸς δόμους δ' ἴθι.

Χορός.

Διαίνομαι, γοεδνὸς ὤν.

Ξέρξης.

Βόα νῦν ἀντίδουπά μοι.

Χορός.

Δόσιν κακὰν κακῶν κακοῖς.

Ξέρξης.

Ἴυζε μέλος ὁμοῦ τιθείς.

Χορός.

Ὀτοτοτοτοῖ.

Ξέρξης.

Βαρεῖά γ' ἅδ' ἁ συμφορά.

Χορός.

Οἴ μοι, μάλα καὶ τόδ' ἀλγῶ.

Ἀντιστροφὴ ϛ'.

Ξέρξης.

Ἔρεσσ', ἔρεσσε, καὶ στέναζ' ἐμὴν χάριν.

Χορός.

Αἶ αἶ αἶ αἶ· δύα, δύα.

Ξέρξης.

Βόα νῦν ἀντίδουπά μοι.

Χορός.

Μέλειν πάρεστι, δέσποτα.

1033. 1040. transposita sunt. 1034. νυν. 1037. ὀττοττοτοῖ — ἅδε συμφορά. 1041. νυν.

Ξέρξης.

Ἐπορθίαζε νῦν γόοις.

Χορός.

Ὀτοτοτοτοῖ.

Ξέρξης.

Μέλαινα δ' αὖ μεμίξεται —

Χορός.

Οἴ μοι, στονόεσσα πλαγά.

Στροφὴ ζ.

Ξέρξης.

Καὶ στέρν' ἄρασσε, κἀπιβόα τὸ Μύσιον.

Χορός.

Ἄνια, ἄνια, ἄνια.

Ξέρξης.

Καί μοι γενείου πέρθε λευκήρη τρίχα.

Χορός.

Ἄπριγδ', ἄπριγδα, μάλα γοεδνά.

Ξέρξης.

Ἀΰτει δ' ὀξύ.

Χορός.

Καὶ τάδ' ἔρξω.

Ἀντιστροφὴ ζ.

Ξέρξης.

Πέπλον δ' ἔρεικε κολπίαν ἀκμῇ χερῶν.

Χορός.

Ἄνια, ἄνια, ἄνια.

1044. 45. Ὀττοττοτοῖ — πλαγά Choro datum, οἴ μοι omissum. 1047. ἄνια bis. 1051. ἔρξω. 1052. ἀκμᾷ. 1053. ἄνια bis.

Ξέρξης.

Καὶ ψάλλ' ἔθειραν, καὶ κατοίκτισαι στρατόν.

Χορός.

Ἄπριγδ', ἄπριγδα, μάλα γοεδνά.

Ξέρξης.

Διαίνου δ' ὄσσε.

Χορός.

Τέγγομαί τοι.

Ἐπῳδός.

Ξέρξης.

Βόα νῦν ἀντίδουπά μοι.

Χορός.

Οἶ οἶ οἶ οἶ.

Ξέρξης.

Αἰακτὸς ἐς δόμους κίε.

Χορός.

Ἰώ, ἰώ, Περσὶς αἶα δύςβατος.

Ξέρξης.

Ἰὼ δὴ κατ' ἄστυ.

1058. νυν. 1061. δυςβάϋκτος. 1062. ἰωὰ. 1063. ἰωὰ.

Χορός.

Ἰὼ δῆτα· ναί, ναί.

Ξέρξης.

γοᾶσθ', ἁβροβάται.

Χορός.

Ἰώ, ἰώ, Περσὶς αἶα δύσβατος.

Ξέρξης.

Ἦ ἦ ἦ ἤ, τρισκάλμοισιν,
ἦ ἦ ἦ ἤ, βάρισιν ὀλόμενοι.

Χορός.

Πέμψω τοί σε δυσθρόοισιν γόοις.

1065. δυσβάϋκτος. 1068. πέμψω σε δυσθρόοις γόοις.

Primum Chori carmen, quo res a Dario feliciter gestae celebrantur, ita ut ex hac comparatione magis quoque eluceat magnitudo cladium a Xerxe acceptarum, ex tribus strophis totidemque antistrophis unaque epodo constare, primus vidit *Hermannus de metr.* p. 427. idem postea totum hunc locum retractavit in *Elem. doctr. metr.* p. 330. 364. a quibus rarissime discedendum erat: quod ubi factum est, suo loco indicabimus. Rhythmi vero hi esse videntur:

Str. et antistr. α΄.

–́ v v –́ v v –́ v v –́ v v
–́ v v –́ v v –́ v v –́ v v .
–́ v –́ –́ v
– – –́ v v –́ v v –́ v v –
–́ v v –́ – –́ v vv/– v – –

Str. et antistr. β΄.

v – –́ v v –́ v v –́ v v
–́ v v –́ v v –́ v – v –́ v v/–
– – –́ v v –́ v v –́ v v –́ v v –́ v v –́ –
–́ v – v – –

Str. et antistr. γ΄.

– – –́ v v –́ v v –́ v v –́ –
–́ v –́ v – v –
v v/– –́ v v –́ v v –́ v v –́ v v
–́ v v –́ vv/– –́ v v –́ – –́ v v –́ –
–́ v – v – –

Epodus.

–́ – –́ v v –́ v v –́ v
–́ v v –́ v v –́ –
–́ – –́ v v –́ –
v v –́ v v – v v –́ v v –
v v –́ – – – –́ –
– – –́ v v – –
–́ – –́ v v –́ v v –́ v v –
v v –́ v v – v v –́ – –
v v –́ – – v –́ v – v

Str. 1. v. 1. *μεγάλης* restitui ex Aldo, quem ubique sequutus sum in talibus, quae non nisi librorum auctoritate dirimi poterant, in dialectis praecipue et in nominibus propriis Persicis, quod semel monuisse sufficiat. Lectionibus vero Aldinis ideo plurimum tribui, quia ubique fere optimae et ab Aldo nusquam interpolatae e praestantissimo codice haustae sunt: praeterea Aldinam ipse contuli: qua opportunitate edoctus sum, negligentiam editorum in Aeschyli quoque codicibus excutiendis maximam fuisse, ita ut lectionibus ab eis enotatis parcissimam fidem habere cogerer. Novos vero fontes adire mihi haud contigit, praeter codicem Lipsiensem, cujus potiores discrepantias humanitati atque amicitiae *Hermanni* debeo. Lectiones tamen Aldinas omnes apposui, in quo nemini, puto, opus operatum fecisse videbor. — v. 2. *πολισονόμου*. Ald. *ἐπικύρειν* cum genitivo usurparunt etiam *Pindar. Olymp.* 6, 10. ubi vulgo male jungitur *ἐπικύρσας ἐν ἀοιδαῖς*, et *Apoll. Rhod.* 3, 342. — v. 3. *εὖτ᾽ ὁ γηραιὸς* Ald. — v. 4. *ἀκακῆς* revocavi cum Ald. Rob. Turn. Vict. Versus aeque ac septimus Epodi tetrameter dactylicus hypercatalectus sive pentameter catalecticus in syllabam, Alcmanius Servii, esse potest, cujus certa exempla praebent *Aeschyl. Eum.* 523. 533. Herm. et *Soph. Aj.* 224. 248. cf. *Gaisford ad Hephaest.* p. 274. Ubi vero in dactylicis antistrophicis prior versus pes constanter dissyllabus est, pro basi eum accipere malui. v. Str. 2. v. 1. 3. Str. 3. v. 1. 3.

Antistr. 1. v. 1. *πρῶτα μὲν* noli cum *Stanlejo*, *Schützio* et *Reisigio Conject. Aristoph.* p. 213. ad subsequentia *ἠδὲ* et *δέ* referre: respondent sibi *πρῶτα μὲν* et *νῦν δέ*. v. 900. Epod. 7. *olim*, sub Dario, *nunc*, sub Xerxe. — v. 2. *ἀποφαινόμεσθ᾽ ἡ δὲ νόμιμα* Ald. *ἀπεφαινόμεσθ᾽ ἠδὲ* est e cod. Guelf. et edd. Vict. Cant. *νομίσματα πύργινα*, quod sensus aeque ac rhythmi poscunt, ex conj. *Hermanni* apud *Poppon. obss. crit. in Thucyd.* p. 151. — v. 5. *ἡμέας*, quod in omnibus codd., etiam Lipsiensi desideratur, versu jubente restitui e Paris. B. ubi *ἡμᾶς* legitur. Praeterea ex Ald. *ἄγον* revocavi, cujus loco pessimus Dorismus *ἀγον* textum occupaverat metrumque corruperat. Forma recepta est Homerica *Iliad.* 2, 834. 7, 312. *Odyss.* 4, 434. — *οἴκους*. Ald.

Str. 2. v. 1. 2. Haec ita disposuerunt *Burnejus Tent. Aeschyl.* p. 40. *Gaisf. ad Hephaest.* p. 275. et *Herm. Elem. metr.* p. 364.

ὅσας δ᾽ εἷλε πόλεις, πόρον οὐ διαβὰς Ἅλυος ποταμοῖο,
οὐδ᾽ ἀφ᾽ ἑστίας συθείς, —

ποταμοῖο est emendatio *Hermanni*, libri omnes *ποταμοῦ*, quod retinui: coalescit enim syllaba postrema cum vocabulo sequente: videndus est de insolentiore hac synizesi *Reisig. Conj. Aristoph.* p. 309. et idem *de construct. antistr.*

carm. Aristoph. p. 33. adde quae ad v. 910. disputavimus. *ὅσας* non erat mutandum in *ὅσσας*, quamvis fallatur *Blomfieldus*, formam hanc Jonicam a Tragicorum usu alienam judicans: refutatur *Soph. Ajace.* 185. *Aesch. Agam.* 140. *Eur. Suppl.* 59. nec magis respuenda est apud Tragicos geminatio sibilae in *μέσσος*. v. *Erf. ad Soph. Ant.* 1208. *Meinekii quaest. Menandr. p.* 31. Nobis igitur versuum prior est Aeolicus, quales Alcaei et Sapphus apud *Herm. elem. metr.* p. 362. secundus dactylicus logaoedicus. *ὅσας δ' ὅ' εἶλε.* Ald. — v. 3. *Ἀχελωΐδος* ex Ald. dudum reponendum erat: vulgo *Ἀχελωΐδες*. Dicunt Acheloïdes urbes esse maritimas. Sed quis unquam mare Acheloum vocavit? quis unquam Acheloum ad urbes transtulit? Transiit sane nomen proprium in significatum appellativum, sed de fluminibus tantum adhibebatur et de eis, quae ad flumina pertinent, v. *Jo. Henr. Voss. ad Virg. Georg.* 1, 9. p. 51. Lubenter igitur arripui quod praebet Aldus: mare Strymonium est sinus, quem Strymonis ostia, in immensum dilatata efficiunt; bene vero dicitur Acheloïus, quum definiri nequeat, ubinam desinat fluvius incipiatque mare: scriptor pedestris *Στρυμόνιον πέλαγος ποταμῶδες* dedisset. Sequens versus epexegeseos loco additus est. — *ἄλυος π.*, *οὐδ' ἀφεστίας* et *Θρηΐκιων* Ald. *ἀφ' ἑσυθεὶς* et *ἐπ' αὐλέων* cod. Lips.

Antistr. 2, v. 1. 2. Locus, versu quoque arguente, corruptus nimiaque rhythmi longitudine laborans: *ἐκτοσθεν*, quod habent Ald. et alii, dudum correxerunt. Reliqua sic exstant in libris: *αἱ κατὰ χέρσον ἐληλαμέναι περὶ πύργον:* Ald. *περὶ πῦργον*. Haec varie explicuerunt, omnes, ut par erat, in extremo vocabulo haerentes, quod ipsum sensu caret, totumque locum turbat, nec a Scholiasta agnoscitur. Quod si comparaveris stropham, a metro quoque tibi admodum molestum videbitur. Ejeci igitur, quod quo modo tueri possit non perspicio, accentumque in *πέρι* retraxi. Urbes *κατὰ χέρσον* opponuntur *παροίκοις Στρυμονίου πελάγους: ἐληλαμένας* vero dixit civitates, continua quadam serie in regionibus a mari remotioribus sitas. Loquutio, ut alia in hoc carmine, ad imitationem Homericam comparata est: sic *τεῖχος ἐλαύνειν. Odyss.* 6, 9. *τάφρον ἐλαύνειν. Iliad.* 9, 349. *ὄγμον ἐλαύνειν. Iliad.* 11, 68. *ἕρκος ἐλαύνειν. Odyss.* 7, 113. *αὔλακας ἐλαύνειν. Pind. Pyth.* 4, 406. quibus omnibus notio inest ordinis nusquam interrupti perpetuoque decurrentis: nostro loco de urbibus agitur, tam exiguo intervallo dispositis, ut uno veluti munimento praetegere terram viderentur. Nec insulis tantum, sed et orae maritimae opponi *ἤπειρον* et *χέρσον*, testis est *Hom. Odyss.* 9, 49. — v. 3. *Ἕλλας τ' ἀμφὶ π. Schütz.* e Guelf. Omisi copulam, quam nec Ald. agnoscit. Foedum typographi lapsum, *Ἑλλάς*, vel tertia editio Schütziana

servavit, *Conzius* expressit. Interpunctio nostra est Aldina. *Ἕλλας πόρος πλατύς* fluxit ex *Iliad.* 7, 86. illustravit verba Censor Iliadis Heynianae. Eph. Litt. Jen. 1803. 131. p. 306. — *ἰχομέναι* Ald. *στόμμα.* cod. Lips. *στόμωμα* pro vulgari *στόμα* recepi ex emendatione *Hermanni.*

Str. 3. v. 1. *νᾶσοι δ' αἱ* Ald. a *Brunckio* et *Schützio* jure posthabitum articulo, quem nos quoque repraesentavimus: pertinent enim haec omnia ad praecedentia, *τοῦδ' ἄνακτος ἄιον.* — *οἷα* Ald. Vict. Cant. *οἷα Schützius* cum recentt., quod ad syllabas responderet antistrophae, si primam brevem esse statuimus, exemplo Homerico, *Odyss.* 7, 312. quod e Tragicis quoque ostenderunt *Monk. ad Eur. Hippol.* 170. et *Seidl. de vers. Dochm.* p. 100. sed ut in basi nihil erat novandum. *Χίος* revocavi ex Ald., *Porsone* praeeunte. Schützianae omnes *Χῖος*, metro simul et usu linguae violato. *Χῖος ὁ ἀνὴρ ἐκτείνει τὴν προπαραλήγουσαν, Χίος δὲ ἡ νῆσος συστέλλει. Draco Straton.* p. 101, 13. cf. *Friedemann de med. syll. Pentam.* p. 288. *Jacobs ad Anthol. Palat.* p. 93. 696. quamvis a serioribus poetis hoc discrimen minus servatum videatur. Ceterum paulo negligentiorem singulorum pedum responsionem hic ut alibi excusat licentia nominum propriorum v. *Herm. elem. metr.* p. 329. — v. 4. *Νάξος ἠδὲ Μήκων.* cod. Lips. *Μύκονις* Ald. Verbi *συνάπτειν* vis intransitiva apud Tragicos non inusitata: v. *Erf. ad Soph. Oed. Tyr.* 664. *Herm. ad Ajac.* 1296. *Monk. ad. Eur. Hippol.* 187.

Antistr. 3. v. 1. *νῆσοι ἀγχίαλοι* negotia facessiverunt viris eruditis, in his *Ilgenio ad Hymn. Hom. in Apoll. Del.* 32. p. 201. et in promptu ubique est emendatio, *ἀμφίαλοι.* Sed et illud egregie defendit *Lobeck. ad Soph. Ajac.* 134. p. 237. insulas intelligens, a continente non multum remotas, altero autem latere in apertum mare prospicientes. *μεσάκτους* Schol. codd. Paris. edd. Rob. Turn. *ἐκράτηνε μεσάγκτους* Ald. *μεσακτίους Schütz.* e prava Heathii et Brunckii conjectura. Nihil ineptius, quam *ἀνεκφώνητον* obtrudere vocabulo, etiam sine hac accessione sanissimo. Peccarunt eodem nomine *Pers.* 35. et saepissime in Sophocleis. Ita in *Oed. Col.* 371. e cod. Veneto, *κἀξαλειτηροῦ* scribendum: cf *Brunck.* ad 841. 884. — v. 2. *Λήμνον.* Ald. *Ἰκάρου θ' ἕλος.* Schol. male. — v. 3. *Ῥόδον τ' ἠδὲ Κνίδον*, emendatio est *Hermanni*: *καὶ ῥόδον ὀδὲ κνίδο* Ald. *καὶ Ῥόδον ἠδὲ Κνίδον.* cod. Lips. idem in marg.: *γρ. κίδνον.* De insula Cythno cogitasse videtur: sed poetae paeninsulas saepissime *νήσους* dixerunt: *Musgr. ad Eur. Phoen.* 215. — v. 5. *στεναγμῶν* correxit *Herm.* vulg. *στεναγμάτων.* Copulam quidem *ἰδὲ* qui omnino Tragicis eximere conati sunt, tanquam alienam a poeta Attico,

haud dubie errarunt: nulli enim dialecto propria fuit: *Etym. Magr.* p. 465, 6. πρὸς δὲ τὸ μέτρον γίνεται ἤδε καὶ ἴδε. Quicunque igitur particula ἠδὲ usi sunt, quam post *Pors. ad Eur. Hec.* 327. *Orest.* 1703. nemo jam Tragicis abjudicabit, eis alteram quoque formam ἰδὲ usurpare concessum erat. Litem ubique componere debet metrum, cui hic quoque obsequutus sum. — v. 4. σαλαμῖνα Ald. idem τῆς νῦν.

Epod. v. 2. Ἰώνιον. cod. Lips. v. 3. Ἑλλήνων. Ald. v. 4. ἀκαίματον. Ald. v. 5. τευχηστόρων. Ald. v. 6. παμμίκτων. Ald. Vict. Turn. Cant. v. 7. ἀμφιβόλως. Ald. Rob. nec aliter legit Scholiastes. θεόπρεπτα. τάδ' ἦν ἂν φ. Ald. v. 8. δαμασθέντες, quo unice consulitur versui, praeter Ald. agnoscunt cod. Guelf. et Schol. δμασθέντες μεγάλαις πλ. cod. Lips. Caesura in liberiore systemate neglecta neminem debebat offendere. cf. Epod. v. 4. et *Herm. elem. metr.* p. 574. v. 9. πλαγαῖσι ποντίαισι. Ald. Copulam, a *Brunckio* et *Schützio* e Paris. B. insertam, respuit sensus, nec flagitas versus. Recte enim jungitur monometro anapaestico dipodia Trochaica: cf. Syst. seq. str. 3. v. 2. (970. 984.)

Ceterum v. 3. post ἐκράτυνε *Burnejus* addi voluit ἀναριτοτρόφους, assumptum ex *Athenaeo*, 3. p. 86. C. ubi haec: Αἰσχύλος δ' ἐν Πέρσαις τὰς Ἀναριτῶν νήσους ἀναριτοτρόφους εἴρηκεν: assensus est *Ed. Maltbyus ad Morelli Lex. prosod. Graec.* p. 84. Sed verissime ad haec respondet *Burneji* censor Britannus (*Edinb. Review.* Maj. 1811. p. 169.) nec de insulis Jonicis hic esse sermonem, et admodum improbabile videri, Aeschylum tam ludicra periphrasi usum esse in re gravissima: jubet igitur *Epicharmi* nomen *Aeschylo* substitui: utrumque saepissime confundi multis exemplis probaverat *Gaisf. ad Hephaest.* p. 277. ac constat praeterea ex *Etym. Magno.* p. 155, 39. *Epicharmi* quoque *Persas* exstitisse. Hanc Britanni sententiam postea ad alium locum transtulit *Meinekius, curae crit. in Athen.* p. 20. Afferunt enim Schol. ined. ad *Hermog.* apud *Bastium ad Greg. Cor.* p. 241. tanquam ex *Aeschyli Persis* vocabulum ὑπόξυλος, quod *Meinekius* similiter *Epicharmo* reddidit. Ipse aliquando in libello *de Lex. Graecis.* p. 31. de *Phrynichi Persis* cogitaveram. Sed *Hermannus* in dissertatione *de versibus spuriis ap. Aeschyl.* p. XI. haec conamina admodum lubrica sane et incerta improbans, utramque vocem e *Persis Aeschyli* excidisse contendit, nec ex altera quadam editione, sed ex ea ipsa, quam nunc habemus, quod ubi factum videretur, aliis quaerendum reliquit: νηριτοτρόφους vero e cod. Athen. scribendum esse affirmat. Quaesivi quidem, sed nihil inveni: ne id quidem, ubinam terrarum νῆσοι

illae *'Αναριτῶν* sitae fuerint, ita ut mihi de depravatione quadam nominis fere persuasum sit. Vix tamen certi quicquam poterit effici, quum praeter *Phrynichum*, *Epicharmum*, *Aeschylum* alii quoque poetae *Persas* scripserint. Notissimus omnium est *Timotheus Milesius*, Euripidis aequalis, veteris musices corruptor, quem nonnulli temere Tragicum fecerunt, in his viri gravissimi, *Casaub. ad Athen.* 8. p. 352. A. *Harles. ad Fabr. Bibl. Gr.* T. 2. p. 326. Inter ejus carmina recenset *Suidas*. v. *Πέρσαι ἢ Ναύπλιον*. Et de *Nauplio* quidem narrat *Athen.* 8. p. 338. A. fuisse in hoc carmine tempestatem, a *Dorione* (quem *Dotionem* vocat *Eustath. ad Odyss.* p. 1538, 4. Rom. ubi *Athenaeum* exscripsit: cf. *eund. ad Iliad.* 20. p. 1290, 40.) risui facete propinatam, quod idem conatibus musicis aeque ineptis nostra memoria accidisse novimus. Sed parum est credibile, *Nauplium* et *Persas* ejusdem fabulae inscriptiones fuisse: nihil commune erat his argumentis, quae praeterea unus *Suidas* copulavit. De *Timothei Persis* testimonium habemus *Pausan. Arcad.* 8, 50, 3. *Πυλάδου δὲ Μεγαλοπολίτου μὲν ἀνδρὸς γένος, κιθαρῳδοῦ δὲ τῶν ἐφ' αὐτοῦ δοκιμωτάτων καὶ ἀνῃρημένου Πυθικὴν νίκην, τότε δὲ ᾄδοντος Τιμοθέου Νόμον τοῦ Μιλησίου, Πέρσας, καὶ καταρξαμένου τῆς ᾠδῆς·*

κλεινὸν ἐλευθερίας τεύχων μέγαν Ἑλλάδι κόσμον,

ἀπεῖδεν ἐς τὸν Φιλοποίμενα τὸ Ἑλληνικόν, quod idem narrat *Plutarch. Philopoem.* 11. p. 362. D. in versu *Timothei* minus recte *τεύχω* exhibens. Alium *Persarum* versum praebet idem *Plut. de audiend. poet.* p. 32. D.

σέβεσθ' αἰδῶ συνεργὸν ἀρετᾶς δορυμάχου.

Nec tertium *Timothei* fragmentum huc referre dubitamus:

Ἄρης τύραννος· χρυσὸν δ' Ἑλλὰς οὐ δέδοικε.

Exstat apud *Plut. Agesil.* 14. p. 603. D. et *Demetr.* p. 909. D. posteriore loco, *Ἄρης μὲν γὰρ τύραννος*, scriptum est: sed de metro nihil licet definire. Carmen ipsum tale fuisse videtur, quale *Aeschyli* de pugna Marathonia vel *Simonidis* de Spartanis ad Thermopylas occisis, cujus praeclarum fragm. habemus in *Anal. Brunckii.* T. 1. p. 123.

Saepius quoque *Pherecratis* affertur Comoedia, *Persae* inscripta, cujus luculenta aliquot fragmenta habet *Athen.* 5, p. 229. E. 6. p. 269. C. 15. p. 685. A. quamvis alibi de auctore subdubitet, 3. p. 28. D. 11. p. 502. Quantum licet suspicari ex reliquiis, sub Persarum nomine helluones liguritoresque sui aevi perstrinxit Comicus. Idem consilium *Metagenes* in *Θουριο-*

πέρσαις sibi proposuisse videtur; fragmentum certe apud *Athen.* 5. p. 229. E. Apiciae sapientiae plenissimum est. Nec ullo modo defendi potest commentum *Schweighaeuseri*, fabulam ab eversoribus Thurii dictam esse: Θουριοπέρσαι haud dubie sunt Thurii, Persarum more mollitiei et luxuriae dediti. De *Perside Naucratis* apud *Athen.* 9. p. 399. F. nihil constat. Sed *Plauti* quoque *Persam* e fonte Graeco fluxisse recte monuit *Jos. Scalig. ad Euseb.* p. 130. ad quod probandum unus sufficeret locus, 3, 1, 67. In tanta hac multitudine carminum a Persis nuncupatorum, quorum celeberrimum Tragoedia fuit *Aeschyli*, auctorum nomina facillime poterant confundi, minusque certa ad Tragicum nostrum referri: nec video, quid nobis jam supersit, nisi ingenue fateri ignorantiam nostram, non tam nobis, quam fatis imputandam.

Systema quod sequitur Anapaesticum v. 905 — 929. minime antistrophicum, statu satis integro pervenit ad nos, nec tam emendandum, quam ab emendationibus recentiorum defendendum erat.

v. 905. δύστηνος, Ald. quam scripturam probarit *Doederl. spec. ed. Sophocl.* p. 67. equidem *Schaeferum ad Dionys. Halic. de comp. verb.* p. 91. sequi malui, quum vix dubitari possit, quin adjectiva ἄστηνος et δύσστηνος cum verbo στένειν ejusdem sint originis. — μοῖρας. Ald. — v. 906. τῆς δὲ κυρ. Ald. — v. 909. Restitui lectionem antiquam: ἐμῶν γυίων ῥώμη, a Schützio temere e glossa Guelferbitana in ἐμοὶ γ. ῥ. mutatam. In talibus usus adjectivi multo est exquisitior pronomine, quanquam ob id ipsum ab editoribus subinde ignoratus, quod ipso *Valckenario* accidit in *Theocr.* 2, 3. ubi Codd. optimi et edd. primae tres:

ὡς τὸν ἐμὸν βαρὺν εὔντα φίλον καταθύσομαι ἄνδρα.

Valck. et recentt. τὸν ἐμοὶ βαρὺν εὔντα. Simillimus est locus *Theogn.* 100.

ἀλλ' εἴη τοιοῦτος ἐμὸς φίλος, ὃς τὸν ἑταῖρον,
γιγνώσκων ὀργὴν, καὶ βαρὺν ὄντα φέρει.

τοιοῦτος ἐμοὶ φίλος male conjecerunt *Epkema* et alii: ceterum succurrendum erat disticho interpunctione, quam nonnulli post γιγνώσκων et ὄντα, alii post ἑταῖρον et ὄντα fecerunt. *Odyss.* 2, 26. οὔτε ποθ' ἡμετέρη ἀγορὴ γένετ', οὔτε θόωκος. cf. 1, 417. *Pind. Pyth.* 4, 281. σὸν δ' ἄνθος ἥβας ἄρτι κυμαίνει. *Eurip. Tro.* τί παιᾶν' ἐμὸν στενάζεις; *Eurip. El.* 668. σούς γε φύντας ἐκγόνους, quae recte tuetur *Seidlerus*. Et ita τοῖς ἐμοῖς εὔνοις, τοῖς ὑμετέροις δυσμενέσι,

v. *F. A. Wolf. ad Xenoph. Hist. Graec.* 5, 2, 33. *Schaefer. ad Schol. Paris. Apoll. Rhod.* 2, 500. p. 169. — v. 909. *γυίων.* Ald. — v. 909. sq. Locus haud dubie male affectus, sed sola fere distinctione sanandus. Aldina plura habet vitia typographica, *εἰσιδόντ' ἀστῶν* et *ὤφελε*, v. 912. excidit *τῶν*, sed his quoque unice veram lectionem servavit: v. 910. nullam agnoscit distinctionem post *ἀστῶν*, et v. 913. praebet nominativum *μοῖρα*, quem *Stanlejus* e conjectura, *Brunckius* e cod. Paris. A. reduxerant, vitioso dativo *μοίρᾳ* expulso. Sed alio quoque piaculo infectus erat locus, syllaba ultima dativi *ἐσιδόντι* elisa, quod statuere coacti erant, qui post *ἀστῶν* interpunxerant: nunc ita cohaerent verba: *εἴθ' ὄφελε, Ζεύς, καὶ ἐμὲ, τήνδε ἡλικίαν ἀστῶν ἐσιδόντα, μοῖρα θανάτου μετὰ τῶν οἰχομένων ἀνδρῶν καταναλῦσαι;* recte enim viderunt *Arnaldus* et *Porso, advers.* p. 157. ed. Brit., *ὄφελεν* pro lectione librorum *ὤφελεν* ut constaret versus ex ed. Turn. recipiendum esse. Fuerunt sane, qui istam *τοῦ Ἰῶτα* in dativo elisionem non Epicis tantum, sed Tragicis quoque poetis concedendam putarent, in his *Porso ad Eur. Hec. praef.* p. 24. et ad *Orest.* 584. 1427. et ex ipsa Tragoedia nostra alterum hujus licentiae exemplum afferri potest, v. 847.

> *ἀλλ' εἶμι, καὶ λαβοῦσα κόσμον ἐκ δόμων*
> *ὑπαντιάζειν παῖδ' ἐμῷ πειράσομαι.*

Sed haec non est genuina codicum lectio: Aldus et Robort praebent *ἐμῷ παιδὶ*, codd. Guelf. et Mosq. *παιδὶ ἐμῷ*, quod haud dubie verum est: v. *Hermannum elem. metr.* p. 55. et quae supra ad stroph. 2, 8. p. 40. de synizesi apud Tragicos aliquoties obvia diximus, ita ut ne leni quidem *Lobeckii* emendatione, *ὑπαντιάζειν παῖδ' ἐμὸν*, opus fuerit. Quae praeterea ad defendendam hanc elisionem prolata sunt loca, omnia aut corrupta sunt, aut minus recte explicata: recensum eorum dederunt *Lobeck. ad Soph. Aj.* 801. p. 340. et *Elmslejus ad Eur. Heraclid.* 693. Unum tantum addam, cui alia quaedam atque hactenus factum est medicina adhibenda videtur: *Soph. Oed. Col.* 1436.

> *σφῷν δ' εὐοδοίη Ζεύς, τάδ' εἰ τελεῖτέ μοι*
> *θανόντ', ἐπεὶ οὔ μοι ζῶντί γ' αὖθις ἕξετον.*

Cogitarunt nonnulli de accusativo absoluto, cui statim post dativum *μοι* haud erat locus, nec eis melius cessit res, qui *σχῆμα* quoddam *σολοικοφανὲς* statuerent: transpositio vero *Lobeckii*, *τάδ' εἰ θανόντι μοι τελεῖτ', ἐπεὶ οὔ μοι ζῶντί γ' αὖθις ἕξετον*, magnopere eo displicet, quod nimis longo intervallo separat participia sibi opposita. Optimam et perquam exquisitam lectionem praebet codex Venetus, cujus notitiam a *Seidlero* meo accepi:

> *σφῷν δ' εὐοδοίη Ζεὺς, τάδ' εἰ τελεῖτέ με*
> *θανόντ', ἐπεὶ οὐ μοι ζῶντί γ' αὖθις ἕξετον.*

Nullum quidem novi exemplum, verbi *τελεῖν* casui quarto juncti: sed si vel nullum exstat, haec audacia in Sophocle, sapientissimo novatore, nihil habet offensionis, dummodo certa quadam linguae analogia fulciatur: hanc vero, quam quaerimus, analogiam praebent verba ejusdem significationis *δρᾶν, ἐργάζεσθαι, ἔρδειν, ποιεῖν, πράττειν*, quorum legitima est cum duplice accusativo constructio. v. *Matth. Gramm. Graec.* p. 556. sq. Fluxerat mendum e sequenti dativo *ζῶντι.* —

v. 914. *ὀττοτοῖ* Ald. in qua interjectione perpetuus est librorum inter se dissensus. Idem mox: *ὃς νῦν δαίμων ἀπέκειρε*: litteram paragogicam de meo addidi. — v. 918. *γαῖα δ' αἰάζει τ' ἂν ἰ.* Ald. Possit quidem defendi, *γαῖα δ' αἰάζει:* sed quum totus locus in Ald. admodum sit vitiosus, cum *Schützio* lectionem cod. Viteb. praetuli. — v. 919. 20. *Ξέρσα,* Ald. *καταμέναν σάκτορι, Περσῶν ἀγδαβάτας.* cod. Lips. Scholiastes et recentiores prava interpunctione, quae in editt. vett. nulla est, sensum loci obscurarunt: habent ita: *ἦβαν, Ξέρξᾳ κταμέναν, Ἅιδου σάκτορι, Περσᾶν,* ita ut genitivus *Περσᾶν* ad *ἦβαν* pertineat, quo vix quicquam contortius excogitari poterat: jungas mecum, *σάκτορι Ἅιδου Περσᾶν,* qui Orcum Persarum plenum reddit. Saepissime enim duplex genitivus uni substantivo jungitur, sed ita, ut diversa sit ratio utriusque genitivi: *Pers.* 516. *νυκτὸς ὄψις ἐνυπνίων*, nocturnus somniorum adspectus. *Soph. Oed. Col.* 280. 81.

> *φυγὴν δὲ του*
> *μήπω γενέσθαι φωτὸς ἀνοσίου βροτῶν.*

Brunckius quidem et qui eum sequutus est, *Erfurdt. ad Soph. Aj.* 1345. jungunt: *φωτὸς ἀνοσίου βροτῶν*: sed *φῶς βροτῶν* ne Graecum quidem esse contenderim. Rectam viam monstrant Scholia: *μηδένα διαφυγεῖν ποτε φῶτα ἀνόσιον ἀνθρώποις.* Antea de Diis Deorumque poenis loquutus erat Tragicus: nunc addit, nec mortalium unquam vindictas fuga evitasse hominem impium: est enim *φυγὴ φωτός*, fuga, quam homo capit, *φυγὴ βροτῶν*, qua quis se subducit hominibus, sicut in *Xenoph. Cyneg.* 12, 4. Nec aliter accipiendus videtur pulcherrimus locus *Oed. Col.* 669.

> *εὐίππου, ξένε, τᾶσδε χώρας*
> *ἵκου τὰ κράτιστα γᾶς ἔπαυλα.*

Uterque enim genitivus pendet ab *ἔπαυλα*, poteratque idem, sed minus poetice dicere sic: *χθόνια τᾶσδε χώρας ἔπαυλα*: pervenisti ad sedes, quas patria

nostra totius regionis praestantissimas habet: nec enim ratio *Hermanni ad Viger.* p 887. nec *Doederlinii spec. ed. Sophocl.* p. 27. mihi probabilis videtur: ne quid dicam de hariolationibus quorundam hominum invita semper Minerva crisin exercentium. — v. 920. Ἀγδαβάται, cod. Guelf. edd. Turn. Vict. Cant. et transpositis litteris Ἀδαγβάται, Ald. *Wesselingio* quidem ad *Herodot.* 1, 98. placuit, Ἀγβατάνων rescribere, quia de Agdabatis, Persica gente, nihil certi constaret: quod argumentum quam sit lubricum ex ingenti Persicorum nominum multitudine apparet, quae non nisi apud *Aeschylum* reperiuntur, ita ut omni fide historica careant. *Wesselingii* emendatio ideo quoque parum est verisimilis, quod Agbatanorum urbs notior est, quum quae in omnibus codicibus corrumpi potuisset: exstat praeterea in ipsis Persis ter, v. 16. 533. 957. ubi nullam fere deprehendimus varietatem, praeter notissimam illam nec temere spernendam Ἐκβάτανα. Si igitur vitio laborant Ἀγδαβάται, quod secus esse videtur, certe aliud quid subest, quod erui posse desperamus. — v. 922. 23. πάνυ, adverbium Tragicis non valde usitatum, cujus exempla congessit *Pors. ad Eur. Hec.* 825. Post φῦσις commate distinxi, eadem interpunctione post ἀνδρῶν sublata. Chorus querelas ab interitu unius gentis incipit: sed haec in tanta rerum perturbatione animis commotis non sufficiunt: statim igitur addit, non unum populum periisse, sed universum genus humanum, innumerabilem hominum numerum. Similiter v. 943. πόλεως, γέννας πενθητῆρος, sine copula transit a minori ad majus. De hiatu in Anapaesticis, ubi ad alteram personam pergit dialogus, monuit *Seidler. de vers. Dochm.* p. 81. — v. 924. Xerxis nomen omisit cod. Lips. αἶ αἶ, Ald. sed v. *Wagner. doctr. acc.* p. 121.

v. 925. *Schützius* jungit ἐπὶ γόνυ γαίας, nimis argute: Aldus et omnes edd. vett. nullam habent distinctionem: equidem nihil dubitavi, post γαίας comma inserere. — v. 926. Tragicos in Anapaesticis interdum etiam proceleusmaticum sibi permisisse, extra dubium posuerunt loca grammaticorum apud *Gaisf. ad Hephaest.* p. 276. et *Herm. elem. metr.* p. 382. De hoc tamen loco, quod observat *Seidler de vers. Dochm.* p. 176. potest ambigi, utrum desinat in rhythmos Anapaesticos, an in Dochmiacos. Mihi haud omnes eodem modo metiendi videntur: nam quum transitus paretur ad Dochmios et Antispastos, ita eos in medio collocatos putaverim, ut v. 926. Anapaestis adhuc accensendus sit, reliqua vero loca jam ad Dochmios pertineant: quae indicavi, ne quis in metris describendis me inconstantiae reum faceret.

Orditur jam novum systema antistrophicum, quod, si quid video, septem strophis, quarum quaeque antistropham suam statim adjunctam habet,

decurrit, et Epodo absolvitur. Responsiones primus sensit *Herm. de metr.* p. 428. sed ita ut strophas a v. 945. demum incipientes faceret, nec raro in emendationibus audacior: hanc descriptionem repraesentavit *Schützius* in editione minori. Britanni, *Burnejus* et *Blomfieldus*, *) initium quidem stropharum recte indicarunt, temere autem numerum earum auxerunt. Finiunt enim stropham, quae nobis tertia est, versu 981: hic cum sequente novam efficit: sequitur tum a v. 983 — 994. antistropha tertia, et v. 995. 996. quartam explent: cetera in universum congruunt cum rationibus *Hermanni*, a quibus in singulis tantum vocabulis recesserunt: de his suo loco dicetur: plerumque vero exiguam metrorum cognitionem prodiderunt. Nos jam singulas strophas percurremus, id propositum imprimis urgentes, ut auctoritatem optimorum librorum et jura metris debita saepius conciliemus, quam antehac factum est, aut leniori certe emendatione succurramus, sicubi aperto vitio rhythmi laborant. Accurata personarum responsio incipit a stropha tertia.

Str. et antistr. *ά.* v. 927 — 935. 936 — 944.

v v ́— — — vv ́— —

vv vv — — — ́— vv vv — —

v ́v v ́v v v —

— ́— — — vv ́— —

v ́v v vv v — v ́v ́v v v —,

v v ́— — — ́— — —

— ́— — — v ́v v vv v vv —

Str. *ά.* v. 1. *ὅδ᾽ ἐγὼν, οἶ οἶ οἶ, αἰαντός. Blomf.* sed vitium insidet antistrophae: hic nihil erat mutandum. Paroemiacorum in initio strophae vel orationis positorum aliquot exempla hoc ipsum carmen praebet, str. 1, 4. 3, 6. conf. *Herm. elem.* p. 380. — v. 2. *γᾶ τε πατρία.* Ald. cett. *καὶ γᾶ πατρία. Brunck. Herm. Schütz.* min. Sed leniori et exquisitiori mutatione rescripsi, *γᾶ τε πατρῴα*, quae confusio frequentissima est: v. *Pors. ad Eur. Hec.*

---

*) *Blomfieldi* descriptionem et animadv. ad hoc systema accepi a *Seidlero*, ex cujus schedis deprompta sunt, quaecunque abhinc e Blomfieldianis exhibebuntur.

79. *ad Med.* 430. *Seidl. de vers. Dochm.* p. 101. Idem dedit *Blomf.* — v. 3. *ἐγενόμην.* Ald. — v. 4. *πρὸ φθόγγου.* Ald. — v. 6. *Μαριανδυνοῦ θρηνητῆρος.* Ald. Locis, quae de Mariandynis afferri solent, accedant *Schol. Apoll. Rhod.* 1, 1126. 2, 140. 181. 725. 782. — v. 7. alterum *πέμψω* expulit et *ἰαχχὰν* scripsit *Blomf.* male utrumque: *ἰαχὰ*, penultima producta, habes ap. *Soph. Oed. Tyr.* 1222. ubi v. *Elmsl.* et *Schaefer. ad Theogn.* 1057.

Antistr. *ά.* v. 1. *ἴετ' αἰανὴν καὶ πανόδυρτον*, codd. et edd. vett. *ἴετ' αἰανήν.* Ald. stropha reluctante: sed copula parum elegans et contra morem poetarum invecta ulcus simul ac medelam ostendit. Eadem est sententia *Caroli Schneideri* in notis mss. mecum amice communicatis, qui praeterea hic et in antistr. v. 5. ut syllaba syllabae respondeat, *ἴετ' αἰανήν, πάνδυρτον κτλ.* rescribi jubet, quod idem vocabulum, in lexica nondum receptum, *Sophocli, Electr.* 1073. egregia emendatione restituit *Erfurdtius*: verbum *δύρομαι*, de quo conf. *Pors. ad Eur. Hec.* 734. et *Erf. ad Soph. Oed. Tyr.* 1218, legitur in ipsis *Persis.* 581. Cognata sunt *δάξ* et *ὀδάξ*, *βέλος* et *ὀβελος*, *nomen* et *ὄνομα*, et alia, de quibus v. libellus noster *de Lex. Graec.* p. 84. Poetas epitheta ornantia per copulam non jungere, primus monuit *Herm. de differ. poes. et prosae.* p. 31. quare verissima est emendatio *Jacobsii* in *Soph. Antig.* 591. conjectura vero, *Musaei* v. 295. a *Grotefendio* adhibita, hac una de causa rejicienda; ubi, quod ante hos decem annos scripsi,

βένθεα δ' ἀστήρικτα, θεμείλια δ' ὑγρὰ θαλάσσης,


etiamnum verum puto. *Blomfieldus* denique, unam tantum formam *αἰανής* agnoscens, *αἰανῆ* de suo dedit, refutatus jam ab *Herm. ad Soph. Aj.* 657. Noster enim locus et *Soph. Electr.* 605. abunde tuentur adjectivum *αἰανός.* — v. 2. *δύσθροαν* et *ὅδ' ἂν* Ald. — v. 3. *μετάτρεπτος* Ald. sed *μετάτροπος*, quod numeri Dochmiaci exigunt, codd. Guelf. et Mosq. edd. Rob. Turn. Vict. Cant. — v. 4. Chori nomen adscriptum omisit cod. Lips. posuit vero ad v. 7. *ἤσω τὶ καὶ π.* Ald. qui haec omnia usque ad str. 2. v. 5. Xerxi continuat. — v. 5. Lectio vulgaris, *λαοπαθῆ τε σεβίζων ἁλίτυπά τε βάρη*, quum nequeat conciliari cum metro, vario modo vexata est. Priorem partem restituit Ald. etsi syllabis male distractis, *λαοπαθῆσε βίζων*: sed et alterum *τε*, censui aeque obnoxium, expellendum erat, nisi quis malit corrigere:

λαοπαθῆ σέβων, ἁλίτυπά τε βάρη.

Sed praestat haud dubie, quod cum *Carolo Schneidero* in textum assumpsi. — v. 944. *κλάγξω*, meum judicium sequutus, bis posui, quod verisimilius

puto, quam in stropha cum *Blomfieldo* alterum πέμψαι delere. Hae repetitiones, praecipue in eisdem antistrophicorum sedibus, plane ex more Tragicorum sunt, v. Str. et antistr. 3, 4. 12. 4, 3. 5, 4. 6, 1. 7, 2. 4. Saepissime vero excidunt, quum integritas sententiae nihil tale requirat. Geminationem non tam facile explices ex errore librarii. Praeterea versus e monometro anapaestico et Dochmio compositus unice congruit cum tota carminis natura metrica. εὐρύδακρυν, vocabulum aliunde non notum, adscivi ex Aldo: vulgo ἀρίδακρυν.

Str. et antistr. β'. v. 945 — 957. 958 — 968.



Str. β'. v. 1. 2. Ἰώνων γὰρ ἀπηῦρα, Ἰώνων νεόφρακτος. Ald. Ἰαόνων ναύκρατος. cod. Lips. Equidem hic et str. 5. v. 9. Ἰάνων dedi, praeeunte *Hermanno elem. metr.* p. 417. Contractione facta est haec forma e vulgatiore Ἰάονες, quae ex *Iliad.* 13, 685. ad omnes fere poetas transiit. Eodem modo restituendus est *Soph. Oed. Col.* 1494. Ποσειδανίῳ θεῷ τυγχάνεις, ubi nunc Ποσειδαωνίῳ legitur: illud Pindaricum est. Similis ratio est nominum propriorum, Τιτάν, Ἀλκμάν, Ἀμυθάν et aliorum. v. *Draco Straton.* p. 18. *Valck. ad Eur. Phoen.* 196. *Heyne ad Pind. Pyth.* 4, 223. *Jacobs. Anthol. Palat.* p. 1025. Lectio Aldina possit suadere correctionem, ἀπηῦρε, sed conf. *Buttm. Lexil.* p. 85. — Versum quartum quidem ac quintum cum *Hermanno* pro anapaestis cycliis accepi, haud item tres priores, quorum men-

sitra antispastica est cum anacrusi: quod nisi statuimus, repugnabit antistropha, ubi caveas *ἀπέλιπον* in *ἀπέλειπον* mutare. — v. 6. *ἐκ πενθου.* Ald. — v. 7. Recepi lectionem Aldinam, quod a *Blomfieldo* quoque factum est: proxime abest cod. Guelf. assentiunt reliqui libri omnes. Quae *Schützius* dedit, debentur *Stephano*: sed utrumque metrorum ratio fefellerat. — v. 9. *φαρανδάκνης.* cod. Lips. — In sequentibus *Σούσας* est ex Ald. et Turn. Sed ex conjectura *Δατάμας* pro *Δοτάμας* posui, et vocabula *ἠδ' Ἀγδαβάτας*, sive *Αἰγαβάτας*, quod praebet Aldus, loco movi, utrumque metro flagitante. Poteram etiam *Δωτάμας* ex *Herod.* 7, 27. ubi *Δώτον* habemus. Sed Datamae ex Datide, cujus priorem syllabam producit *Aristoph. Pace.* 288. et Dadace, *Pers.* 302. aliquid accrescit subsidii. Agdabatas vero e v. 920. huc translatus videtur. Sed ut in re admodum dubia haud abs re erit, sententias *Blomfieldi* et *Caroli Schneideri* apposuisse: haec ille:

Σούσας Πελάγων
Δοτάμας, ἠδ' Ἀγδαβάτας, Ψάμμις,
Σουσισκάνης τ'. —

sed *Schneiderus*:


Σούσας καὶ Πελάγων καὶ Δοτάμας
ἠδὲ Ψάμμις
ἠδ' Ἀγδαβάτας, Σουσισκάνης τ' —

v. 12. *λιπὼν* Ald. et reliqui testes omnes, unus Rob. *ἐκλιπὼν*, quod verum putat *Carol. Schneider. Blomf.* e cod. Colb. *προλιπών*. Mihi stropha emendatione egere haud videtur, fluctuante praeterea antistrophae scriptura, quae facillime in rhythmum Antispasticum redigi poterat.

Antistr. *β'.* v. 1. De numeris ad stropham diximus: quorum imperiti *Burnejus* et *Blomfieldus* locum variis conjecturis infestarunt. Post *ἔρροντας* distinxi cum Aldo: *ἐπ' ἀκταῖς Σαλαμινιάσι* pertinet ad *ἀπέλιπον*. *Σαλαμινίοι* Ald. cum codd. mss. et impr. omnibus. *Σαλαμινιάσι* debetur *Hermanno*: dicebant *λειμωνίδες* et *λειμωνιάδες*, *κρηνίδες* et *κρηνιάδες*, *Ἑλικωνίδες* et *Ἑλικωνιάδες*, *Πιμπληΐδες* et *Πιμπληϊάδες*, *Πελωρίδες* et *Πελωριάδες*, *Λεσβίδες* et *Λεσβιάδες*, *Βυζαντίδες* et *Βυζαντιάδες*, *Ἀχαιΐδες* et *Ἀχαιϊάδες*. v. *Valck. ad Theocr.* 1, 22. *Bast. comment. palaeogr.* p. 741. et quae dixi ad *Persii prol.* 4. p. 211. — v. 4. *στυφελοῦ θείνοντας ἐπ' ἀκτᾶς* dedi e codd. Guelf. et Vit.

Eadem lectio apud Ald. et Turn. lapsu typorum obscurata est: habent, *στυφελοῦ θανόντας ἐπ' ἀκταῖς.* Quod dedit *Schützius*, ex pluribus fontibus conflatum, certa auctoritate destitutum est. Pessime omnium cum *Pauwio Blomf. στυφελοὺς θ. ἐπ' ἄκρας.* Saepissime in Aeschylum peccatum est ab editoribus, contra vocabula parvo intervallo repetita saevientibus: v. Henr. Voss. in Eph. Litt. Jen. 1813. nr. 208. p. 121. — v. 6. sq. *ποῦσέ σοι Φ. Καριόμαρδός τ' ἀ. ποῦ δὲ σε βάλκις ἢ λιλαιάται ποῦ δὲ σευάκης ἄναξ ἢ λίλαιος εὐπάτωρ μέμφθις θώρυβις καὶ μασίστρης — οἰσταίχμας*, Ald. quorum paucissima tantum servari poterant, nec nisi aliis libris adstipulantibus. Cod. Lips. post *οἶ οἶ οἶ* habet v. 8. 9. 10. — v. 12. *ἐπανέρομαι* Ald. edd. vett. et codd. mss. fere omnes, quod egregie respondet strophae, dummodo *τὰ* pro *τάδε* reponimus, quod facere non dubitavi.

Str. et Antistr. *γ'.* v. 969 — 982. 983 — 996.



Str. *γ'.* v. 1. *'Ιώ, ἰώ μοι μοι* Ald. quod versus respuit. Hinc varie tentatus est locus et in stropha et in antistropha. Hanc servavi, qualis legitur

in Ald., in stropha alterum *ἰώ* cum *Burnejo* et *Carolo Schneidero* delevi: est anapaesticus dimeter. De productione primae syllabae in *ἰώ* v. *Seidler. de vers. Dochm.* p. 277. Cod. Lips. *ἰώ, ἰώ μοι. τὰς ὠγυγίας.* Ald. Rob. Turn. Vict. Cant. Vim nominis proprii retinet adjectivum, ubi ad Athenas pertinet. — v. 4. *ἒ ἒ ἒ.* Ald. *ἒ ἒ.* Cod. Lips. Editiones recentiores asperant interjectionem, quam Aldus quoque asperatam habet *Prom.* 583. 603. 748. sed idem praeter hunc locum spiritum leniorem praetulit in *Prom.* 608. *Sept. adv. Theb.* 150. 154. 157. 339. 341. *Choeph.* 866. 1006. Huic favet etiam *Etym. Magn.* v. *ἔλεγος, παρὰ τὸ ἒ ἒ λέγειν.* p. 326, 49. cum aliis Grammaticis a *Jo. Val. Franckio in Callino.* p. 42. laudatis. — v. 5. *ἀπαίρουσι.* Ald. — v. 6. 7. *περσῶν αὐτὸν σὸν πιστὸν πάντ᾽ ὄφθ.* Ald. Lectionem a me receptam praebet cod. Lips. a manu sec., antea enim *τῶν σῶν* scriptum fuerat. In eodem libro omissum est Chori nomen. Comma post *αὐτοῦ* (*ἐν Σαλαμῖνι*) ipse addidi. — v. 9. *Βατανόχου παὶ δ᾽ ἀλπ.* Ald. Paroemiacorum duorum triumve proxime se excipientium exempla dedit *Meinekius, curae crit. in Ath.* p. 31. — v. 10. *τοῦ σησαμάτου μεγαβάτα.* Ald. — v. 11. *οἰνοβάρην τ᾽.* Ald. — v. 12. 13. Choro recte continuat Ald. cum edd. vett. fere omnibus: alterum *ἔλιπες* omisit cod. Lips. *πέρσας ἀγ. κ. πρὸς κακὰ λ.* Ald. Vocabulum *πρόκακος* Graecae linguae plane eximendum putabat *Erfurdt. ad Soph. Ant.* 1127. p. 356. ed. maj. Analogiam compositionis egregie probavit *Jacobs. Anthol. Pal.* p. 257. et rhythmis ita consuluisse nobis videmus, ut de v. 13. ejiciendo haud amplius cogitandum sit.

Antistr. *γ'.* v. 1. Difficultates loci editores omnes senserunt: *ἰύγαν*, quod *Schützius* conjecerat, amplexus est *Blomf.* Sed sensus nihil tale poscit; aspernatur potius quamcunque medelam, *ἴυγγι* adhibitam: quod acute perspiciens *Carol. Schneiderus* ex ed. Rob. *ἴυγγά με δῆτ᾽ ἀ. ἐ.* recipi jussit. Sed quum in Ald. lectionem, *ἴυγά μοι*, invenirem, novi quid ausus sum. Solent enim substantiva in *ΥΓΞ* finientia in casibus obliquis, metri necessitate urgente, vulgari formae, quae labialem geminat, breviorem alteram, *ΥΓΟΣ*, *ΥΓΙ*, *ΥΓΑ*, substituere. Observarunt hoc de vocabulis *πομφόλυξ, λάρυγξ, φάρυγξ* et *λύγξ* *Eustath. ad Odyss.* 9. p. 1635, 21. *Etym. Magn.* p. 788, 34. *Schweighaeus. ad Athen.* T. 4. p. 545. *Jacobs. Anthol. Pal.* p. 359. quibus nunc addidi vocem *ἴυγα*, nec id sine ulla auctoritate. Haec enim observat *Eustath. ad Odyss.* 19. p. 1873, 37. *ὅρα δὲ καὶ τὸ φάρυγος δι᾽ ἑνὸς Γ γραφὲν κἀνταῦθα καθὰ καὶ ἐν τῷ, φάρυγος δ᾽ ἐξέσσυτο οἶνος*, (Odyss. 9, 363.) *ὡς ἀπὸ τοῦ φάρυξ ὡς δοῖδυξ, εἰ καὶ διὰ τοῦ Κ ἐκεῖνο κλίνεται· καὶ δοκεῖ τοῦτο εἶναι φυσικώτερον, καθὰ καὶ τὸ ἴυξ, τοῦ ἴυγξ, ἴυγγος· ἐκεῖ γὰρ*

δι' εὐφωνίαν δοκεῖ τὸ Ν, ἤγουν τὸ ἀντ' αὐτοῦ Γ, τεθεῖσθαι· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἰύζω, ἰύξω, ἴυξ ἐστὶ τὸ φυσικὸν κατὰ ἀποβολὴν τοῦ ἐν τῷ μέλλοντι Ω. — v. 2. στύγν' ἄλαστα, ad explendos numeros ex conjectura posui. Et rursus v. 5. τλᾶμον intuli, versu antithetico suadente. Sunt haec admodum temeraria: sed excusabit, spero, locus talia ἀγωνίσματα ἐς τὸ παραχρῆμα, in justa poetae editione certe non ferenda, plagulis hisce uni diei destinatis facilius condonanda. ἑτέρων ὑπομιμνήσκεις et στυγιὰ πρὸ κακά, Ald. — v. 5. ἔνδοθεν. codd. et edd. omnes: corruptelam agnovit etiam *Herm. elem. metr.* p. 236. qui in libro *de metris.* p. 429. ἐνδὸν proposuerat. Leniori mutatione ἐνδόθ' ἦτορ tentavi. — v. 6. ἄλλο γε. libb. mss. et impr. omn. ἄλλον γε primus *Blomf.* restituit, quod editores tam diu latere haud debebat. — v. 7. Μάρδον. cod. Lips. — μυριόνταρχον ex Ald. revocavi: μυριάδαρχον ex conj. dedit *Blomf.* μυριονάρχαν, ex parte cum Rob., *Car. Schneider.* Sed nostram vocabulum, quod Scholia quoque praebent, abunde tuetur cognatum ἑκατόνταρχος. Syllabae *PIO* coalescunt in unam. — v. 9. s. Ἀρσάκον et ἱππ. τοὺς Κηγδαγάτας. cod. Lips. Κυγδαγάταν καὶ Λυθίμναν. Ald. cum rel. edd. vett. Ξάνθον, ἄρειόν τ' Ἀ. *Blomf.* et *Carol. Schneiderus* cum Rob. fortasse rectius, nam exempla diphthongi *EI* in medio vocabulo complae haud sunt frequentia, v. tamen *Spitzn. de v. her.* p. 182. — v. 11. τόμον τ' αἰχμῆς ἀκόρεστον. Ald. alii τόλμον et τόλμαν, cui cod. Guelf. τολμηρόν adscripsit. Metro quoque jubente expuli, quod ex interpretatione verborum αἰχμῆς ἀκόρεστον irrepsit in textum. — v. 12. 13. Xerxi adscribunt Ald. et rel. edd. ad unam omnes. Ἔταφεν, ἔταφεν, est e conj. *Valcken. ad Eur. Hippol.* 1247. quae nec necessaria est, nec a dialecto extra dubium posita. Libri omnes, ἔταφον, ἔταφον, quod ea, quae verbis operiendi et abscondendi propria est, vi intransitiva accipi debet: ita κεύθειν. *Erf. ad Soph. Ant.* 902. *Oed. Tyr.* 968. *Electr.* 867. et κρύπτειν. *Soph. Electr.* 826. *Eur. Phoen.* 1133. pro κεύθεσθαι et κρύπτεσθαι: et quod nostrum locum proxime attingit, τυμβεύειν pro τυμβεύεσθαι, *Soph. Ant.* 888. nec id plane inusitatum fuisse videtur scriptoribus Latinis, v. *Vechneri Hellenolexiam.* p. 62. Heus. librum repetita editione dignissimum. Verbi θάπτειν usum latissimum fuisse, ita ut de quovis mortuorum curandorum modo adhiberetur, docent *Hemsterh. ad Xenoph. Ephes.* p. 203. *Locell.* et *Jacobs. Anth. Palat.* p. 445. Ὄπισθεν Ald. et alii: dedi ὄπιθε, quod versus flagitabat: cetera integra sunt, dummodo posterius membrum recte accipiatur. Negatio enim huc quoque trahenda est ex iis, quae praecesserunt, cujus similiter suppressae exempla suppeditabit *Erf. obss. crit. in Athen.* in *Horreo philos. Regiom.* T. 3. p. 459. et ad *Soph. Oed. Tyr.* 885.

Str. et Antistr. δ'. v. 997 — 1002. 1003 — 1008.

v — v — —   v — v — v —
v —   v — — v —
v — v — v — v —
v —   v — — v —
v —   v — — v —
v v v v v —   v — v — —

Str. δ'. Personas per hanc stropham et antistropham male disposuerunt editores. Aldus Xerxi continuat str. v. 1. 2. Choro v. 3 — 6, et rursus Xerxi totam antistropham tribuit. Viam monstrant vocabula *βεβᾶσι* et *πεπλήγμεθα*, sibi eleganter respondentia, ita ut de justa ratione ambigi nequeat. — v. 1. de numeris hujus versus paulo impeditioribus v. *Herm. elem. metr.* p. 233. s. *γάρ* hoc loco producitur, quod ex usu Homerico, de quo *Spitznerus de versu Heroico.* p. 35. accurate disputavit, sibi permisisse videtur *Aeschylus*. Hinc syllabam vulgo brevem fulcris metricis onerare non opus habui, quamvis in promptu sit: *βεβᾶσι γάρ ῥ'*, *οἵπερ* —, vel: *βεβᾶσι γὰρ*, *τοίπερ* —. *ἀγρόται* retinui ex Ald. *ἀκρόται*, Rob. *ἀρχέται*, *Blomf.* ex conj. Si quid mutandum, *ἀγρέται* cum *Seidlero* reliquis conaminibus praetulerim. — v. 2. *βεβᾶσι οἰνώνυμοι* Ald. v. 3. 4. *ἰή*, quinquies *ἰώ*, octies Ald. *δαίμονες* e codd. Guelf. Lips. Medic. Mosq. Colb. B. addidi: *ὦ* praefigunt Guelf. Lips. et Colb. alii *δυσδαίμονες.* — v. 5. *ἴδεσθ' ἄελπτον κ.* emendavit *Car. Schneiderus*, quod debebam recipere, ita ut versus plane sit idem, qui secundus ac quartus. Arsis quidem iambica saepius praemittitur dochmio, v. *Seidler.* p. 115. sed nunquam basis. Antistropham corrupit *Blomf.* *κύρσατ' ἄ.* proponens. *ἄταν.* Ald.

Antistr. δ'. v. 1. Aldum et Scholia sequutus sum, assentiente *Hermanno*, *elem. metr.* p. 233. — v. 4. *ἰαόνων ναβατῶν* Ald. *ναυβατῶν*. Turn. *ναυβάτοις*, genitivo supra scripto, cod. Lips. — v. 6. *δὴ γένος τὸ Περσῶν.* cod. Guelf. Ald. Turn. Vict. Cant.

Str. et Antistr. ε'. v. 1009 — 1019. 1020 — 1031.

v — v — — v — v — v — —
v —   v — — v   v — v — —

υ — υ — — υ υ — υ — υ —

υ — υ — — — υ — υ — υ —

υ υ υ υ — υ — υ —

— υυ — υ υ — —

— υ — υ υ — —

— υ — υ υ — —

υ — — — υ — υ — —

Str. έ. v. 1. πῶς δ' οὐ στρατὸν Ald. quod quo minus cum *Blomf.* retineamus, obstat particula μὲν, ab Anglo expulsa. Caeterum haec omnia, usque ad verba ὁρῶ, ὁρῶ, Xerxi continuat Ald. — v. 2. τί δ' οὐκ Ald. cum. cett. τί δ' οὖν; *Schützius* ex conj. frustra. ὄλωλε μέγα, Ald. ὄλωλεν μεγάλα. mss. et impr. non tantum omn. Sed desideratur syllaba longa, quam *Herm. elem. metr.* p. 233. restituit, μεγάλως emendans. Quum vero dativus singularis adjectivorum femininorum saepissime adverbii vices sustineat, iota subscripsisse contentus fui. — v. 3. τᾶσδε τᾶς ἐμᾶς cod. Lips. — v. 4. sq. Verba: τανδὶ — βελέεσσιν, omisit Ald. In distinctione personarum Victorium et Canterum sequutus sum, probante *Pors. advers.* p. 157. qui orationem post οἰστοδέγμονα nulla necessitate urgente abrumpit. Nec eis fides habenda est, quae ad *Eur. Med.* 157. de terminatione demonstrativa ὁδί, Tragicis nunquam usurpata, exposuit. v. 6. βέλεσι vulg. βελέεσσιν debetur *Hermanno*. v. 7. 8. Xerxi tribuunt Ald. et edd. seqq. — v. 9. ἰαώνων et φυγαίμας, Ald. Ἰαόνων, cett. Ἰώνων, *Blomf.* cum *Herm.* sed v. supra ad str. β'. v. 1. p. 51.

Antistr. έ. v. 1. ἀγανόριος. Ald. et alii: ἀγανόρειος recepi e codd. Med. et Colb. 1. — v. 2. ναύφρακταν ἐρεῖς ὅμιλλον. Ald. — v. 3. ἐπέῤῥηξ' ἐπὶ συμφ. ex Ald. revocavi. Nihil hoc praepositionis pleonasmo apud Tragicos frequentius. v. *Bast. epist. crit.* p. 124. s. *Erf. ad Soph. Oed. Tyr.* 1239. — v. 4. παπαὶ, Ald. et quater repetitum. De accentu v. *Wagnerum* l. l. p. 121. Bis tantum scribendum esse monuit *Herm.* — καὶ πλέον ἢ παπαὶ, omisso μὲν οὖν, Ald. — v. 6. χαρίσματα δ' ἐχθροῖς, Ald. prius injuria reliquerunt editores novissimi. Hunc versum cum duobus sequentibus Choro assignat Ald. — v. 7. καὶ σθένος δ' εκολούθη. Ald. καὶ σθ. γ' ἐκολ. *Schützius* cum *Brunckio* e codd. Paris. et *Blomf.* qui canonem istum *Porsonis ad Eur. Or.* 614. et alibi prolatum amplectitur, ex quo Attici particulas καὶ — δὲ nunquam conjungunt. Repugnant e solis *Persis* duo loca, v. 259 et 544. Sed de his nugis

transmarinis apud nos dudum transactum est v. *Schaefer. ad Longum.* p. 350. et *Herm. ad Viger.* p. 847. — v. 9. φίλων ἄταισι recepi e cod. Guelf. edd. Ald. Rob. Turn. Vict. Cant. Copulam τε temere inseruit *Schützius*. Affirmat Chorus, quae dixerat Xerxes: nudus sane es satellitum, et marinis quidem amicorum cladibus. Litteram paragogicam in fine de meo addidi. Quam post hunc versum *Hermannus* statuit lacunam quatuor versuum, eam nostra loci descriptio tollit.

Str. et antistr. ς'. v. 1031 — 1038. 1039 — 1045.

v – v – v – v – v – v –
v – v – v – v –
v – – –   v – v –
v – v – v – v –
v – v v v v – v –
v v v v –
v – v – v̲ – v –
– – v v –   v – –

Str. ς'. v. 1. Anapaestum in trimetris diverbiorum diligenter evitatum in carminibus choricis defendunt *Erf. ad Soph. Ajac.* 697. et *Reisig. conject. Aristoph.* p. 37. Quae ut in universum verissime disputata sunt, variaque criticorum conamina coercent, ita in hunc locum et in str. 7. v. 1. nullam vim habent. Rectius enim cum *Herm. elem. metr.* p. 54. 122. συνεκφώνησις vocalium admittetur. — v. 2. In his multis fortasse nimis audacter rem gessisse videbor, versum enim strophicum antistrophicum, antistrophicum strophicum fieri jussi. Sed qui attenderit ad insignem atque praeclaram artem, qua Aeschylus in hoc praecipue exordio non strophica solum verba strophicis, sententias sententiis opposuit, sed etiam in ipsius dialogi decursu sermonem iisdem verbis graviter repetitis nectit, is vix dubitabit, quin provocationi regis, δίαινε πῆμα, Chorus rectius respondeat:


διαίνομαι γοεδνὸς ὤν.

Firmant nostram sententiam plura hujus systematis loca, Antistr. 2, 4. Str. 4, 2. Antistr. 4, 2. Str. 5, 4. Str. 7, 5. — v. 3. βέα νῦν. Ald. Rob. Turn. — v. 4. Exempla hujus παρηχήσεως praebet *Lobeck. ad Soph. Aj.* 865. — v. 6. ὀτοτοτοῖ ὀτοττοῖ, Ald. quod dedi, exhibet idem in antistr. idque nume-

ris carminis aptissimum. — v. 7. ἄδ' ἀ συμφ. Ald. Rob. Vict. Cant. — v. 8. οἴ μάλα. Ald.


Antistr. ς'. v. 3. βόα νῦν, Ald. Rob. Turn. v. 4. μέλλειν, Ald. — v. 7. 8. Distinctionem personarum assumpsi ex Ald. ubi tamen μεμίξεται μοι, omisso οἴ μοι in sequenti versu. Sed huic errori liquida verae lectionis vestigia insunt. Major fides accedit supplemento nostro e versu antithetico. παλαγά. Ald.

Str. et antistr. ζ'. v. 1046 — 1050. 1051 — 1056.



Str. ζ'. v. 1. Prava conjectura affecit versum *Pors. post Eur. Hec.* p. 106. Nec minor error est *Burneji* et *Blomfietdi*, qui de antispastis cogitant. Eadem lege pronunciandus est versus, qua strophae sextae primus. Nec reliqua strophae et antistrophae pars quicquam a tempore aut a librariis perpessa est, ita ut nihil habeamus, quod addamus, praeter varias lectiones Aldinas ac Lipsienses. Str. v. 2. ἄνια ter, Ald. v. 3. ὕπερθε. Ald. ὕπερθος. cod. Lips. v. 4. prius ἄπριγδα deest in cod. Lips. v. 5. ἔξω. Ald. unde aspirationem retinui. — Antistr. v. 2. ἄνια ter, Ald. v. 5. διαίνου (supra scriptum δίαινε.) δ' ὅσα. cod. Lips.

Epodus. v. 1058 — 1068.



Epod. v. 1. *βόα νῦν ἀντίδουπα.* Ald. v. 2. *οἶ* ter. Ald. v. 3. *αἴακτος* Ald. v. 4 et 8. *δύςβατος.* Ald. cum codd. et edd. vett. omn. Sed alter Paris. *δύςβακτος*, cum glossa *δυςθρήνητος*, unde *Brunckius* *δυςβάϋκτος* conjectura effecit, quod nunc regnat in edd. at Scholiastes quoque veterem lectionem servavit: *δύςβατόν φησι τὴν Περσίδα, οὐχ ὡς σκληρὰν καὶ δύςκολον εἰς ἔμβασιν, ἀλλ' ὡς ἐπὶ κακῷ καὶ δυςτυχίᾳ βαινομένην τῷ Ξέρξῃ.* Quae si diligentius expendisset *Schützius*, librorum lectionem absurdam dicere dubitasset. — v. 5. 6. *ἰὼ δὴ* et *ἰὼ δῆτα.* Ald. *ναὶ ναὶ* Xerxi tribuit cod. Lips. v. 8. alterum *ἰώ* omisit cod. Lips. Ceterum versum hic repetitum spurium censet *Blomf.* qui totum locum sic constituit:

Xerx. *γοᾶσθ' ἁβροβάται.*
Chor. *ἰή, ἰή, ἰή.*
Xerx. *ἰὴ τρισκάλμοις βαρίσιν ὀλόμενοι.*

Quae quam sint arbitraria, quis non videt? Praeterea in prosodia vocabuli *βᾶρις* peccavit, quod recte *προπερισπομένως* edidit *Jacobs. Anthol. Palat.* 7, 365. cf. *Antiattic.* in *Bekkeri anecd.* T. 1. p. 84. et *Schaefer. ad Greg. Cor.* p. 522. *ὀλλόμενοι,* Ald. — v. 11. *πέμψω τοῖσε,* Ald. *πέμψω τοῖσδε,* cod. Lips. *πέμψω τοί σε,* cod. Medic. Barocc. Colb. 2. Guelf. quod recepi: *δυςθρόοισιν* vero pro *δυςθρόοις* est ex emendatione *Blomfieldi.* Absolvitur carmen totaque Tragoedia rhythmis Dochmiacis, vehementissimis omnium ac maxime commotis, quod unus quantum quidem novimus Aeschylus ausus est. Sed ipsum fabulae argumentum hunc sibi exitum deposcebat, Tyrannum ad omnium rerum desperationem adductum, malaeque conscientiae Furiis traditum.

At jam tempus est transeundi a tristiore hoc et umbratico studiorum genere ad diem festum, qui hujus libelli occasionem dedit. Instat Regis optimi natalis, piaque pro Regia salute vota instaurat gens Borussa. Itaque ne communi laetitiae deesse videatur Academia nostra, os quasi ac vox felicitatis publicae, concelebrabit diem candidissimum Oratione solenni et renunciandis nominibus eorum, qui e certamine litterario, Regia munificentia instituto, victores prodierunt. Quibus rebus hora locoque solenni peragendis Curatorem Academiae excellentissimum, proceres civitatis, qui in hac urbe degunt, gravissimos; Commilitones generosissimos, ut interesse velint, ea qua par est observantia rogamus, invitamus.

Datum Vratislaviae prid. Cal. Aug. MDCCCXVIII.